



.Herophilus.




CATA LOGVS illustrium Medicorum, siue de primis MEDICINAE Scriptoribus,

Per OT. BRVNNFELSIVM.

Argentorati apud Ioannem Schottũ. Anno 1530.

Cum Priuilegio Cæs. Maiest. ad Sexennium.







συναγωγὴ τῶν ἰατρῶν.



Dom Prof. · Rom. S. J.

DOCTORI THEOBALDO Fettich, Vangionum Medico Clarifs.

OTHO BRVNNFEL.

S. D.

QVOD CALLIDI VENATORES SO=lent, qui ut oĩs generis feras captent, primum quã diligentiſsime retia protendũt: mox aditus uallãt, nemoraq; cingunt. Inde per inuia luſtra, ueſtigare fe=ras docent canes, diſponũtq; moloſſos. Poſtremo hic ſub ilice, ille ſub uetuſta quercu ſternitur: alium tegit ſupinũ, grauis iuniperi umbra, ſpumãtiaq; (ut inquit Poëta) dari pecora inter inertia uotis optat aprum, aut fuluũ deſcendere de monte leonẽ. Idem ego, doctiſs. Theobalde, præſtare ſoleo in literis: ad quarũ lectionẽ dum ſubinde memet accingo, non aliter q̃ ad captu=ram uenatores ĩſtructus accedo. Calamus, mihi uena=bulum eſt: moloſsi, celeres ſenſus, duratũq; laboribus ingeniũ. Retia mihi chartæ ſunt, et multorũ cõmuniũ locorum indices. Porro nemora ipſa, & ſaltus, omnis generis, diſciplinarumq; omniũ ſcriptores. Quicquid igitur in his primũ obuium fuerit, ſiue ſelectiorũ hiſto riarum, ſiue apophthegmatũ, ſiue lepidarũ dictionũ, ſiue quid ad uirtutẽ & uitã attinet inſtituendã, ſi quid præter hæc etiam priſce dictũ, ſi quid nouatũ, græcani cum, uel obſcurũ, ſi quæ deriuationes uocũ, ſi quæ fi=guræ, loci rhetorici, ſi qua ex authoribus ſimilia uel ſy=nonima (prorſus enim ad nihil conniueo, quod mo=do frugem uidetur aliquam habere) ilico retio exci=

pio meis, conficio, condo. Venatio ea potissimum recens exorto sole, aut noctem ducentibus astris, non nunquam interdiu mihi perficit, idque horis hisce tantummodo succisiuis, quib. a publicis munijs mihi feriae sunt. Quintilianusque primus artificij magister mihi extitit. Ex eo igitur uenatu & hic Catalogus est, quem donamus: exilis quidem praeda, sed quae multa tamē, & diuturna lectione mihi cōstitit. Non enim uidebam, quo tandē alio, uel gratiore apophoreto te exciperem, nouo hoc ineunte anno, quam si noua quoque historia ornarem te, hominē non in re medica solum absolutissime doctum, uerumetiā in literis hebraeis, & historijs ueterum exercitatissimū. Simul ut conspicua tibi facerem studia mea, quibus subinde feriatus (ut dixi) mihi interdum cano & musis, & in palestra medica quid promouerim: dum tot medicorū, & eorum principū artis nomenclaturas, partim etiā uitas in unū concinnaui, idque non ex una & altera Galeni pagina, sed ex tota adeo Bibliotheca Medicorū, plaerisque etiā ad uerbū perscriptis: quod nullae fide digniores scriptorum historiae sunt, quam quae ex suis ipsorum cōmentarijs transcribuntur. Sint haec itaque strenae tibi uice quaeso, & amicitiae pignus quoddam erga te meae, donec aliquando grandiora, simulatque meliora reddiderit fors atque uenatio.

Vale. Argentorati. xxvi. Decembr.

Anno Christi. M. D. XXIX.

¶ A

¶ B

DE PRIMIS MEDICINAE Scriptoribus & claris Medicis, OTHO BRVNNFELSIVS A



DE APOLLINE, & Pæone.

PAEONEM, ET APOLLInem primos fuiſſe Medicinæ inuentores, duo inſignes Poëtæ teſtantur, Homerus, & Ouidius. De Pæone quidem Home. in δ Odyſs.

φάρμακα πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λύγρα
ἰητρὸν δὲ ἕκαστος ἐπιστάμενος περὶ πάντων
ἀνθρώπων ἢ γὰρ παιήονος εἰσι γενέθλην.

De Apolline Ouid. lib. Meta. primo. B
Inuentum Medicina meum eſt, opiferq́ per orbem
Dicor, & herbarum ſubiecta potentia nobis.

DE AESCVLAPIO.

HOS PROxime ſequutus Aeſculapius, quæ a patre accepit, auxit. Multa ſubinde & ipſe inuenit, ut inquit Soranus: unde inter primos inuentores numeratur. Verba Sorani ſic habent Medicinam quidem inuenit Apollo, amplificauit Aeſculapius, perfecit Hippocrates.

DE MACHAONE, & Podalirio.

AESCVLAPIVS filios habuit Machaonem, & Podalirium Thraceſes, qui ducem Agamemnonem ſecuti, in bello Troiano (ut inquit Celſus) non medi-

C ocrē utilitatem cōmilitonibus suis contulerūt. Quos tamen Homerus & Dictys, non in pestilentia, necq; in uarijs generibus morborum aliquid eos attulisse auxilij, scribunt, sed uulneribus tantummodo, & ferro, & medicamentis mederi solitos. Verba Homeri sunt Iliad. lib. δ.

ταλθυβὶ, ὅτι τάχιϛα μαχάονα δεῦρο κάλεϛον
φῶτ᾽, ἀσκληπιοῦ ὑιὸν ἀμύμονος ἰητῆρος.
Et rursum. αἷμα ἐκμυζήσας ἐπ᾽ ἄρ᾽ ἤπια φάρμακα εἰδὼς
πάσσε, τά, οἱ ποτὲ πατρὶ φίλα φρονέων πόρε χείρων.

Dictys uero lib. de bello Troiano sic. Podalyrius, & Machaon Thracēses, Aesculapio geniti, acciti sunt ad id bellū, ob solertiā medicę artis. Ex qbus apparet, has D partes medicinæ, solas ab his esse tētatas, easq; esse utilissimas.

DE MERCVRIO, & Apolline Aegyptiorum Rege, & Arabo.

CONTRA Aegyptij, ut inqt Plin. medicinā uolunt apud se repertā. Alij per Arabū Babylonis, & Apollinis filium, Herbariam uero & medicamentariā a Chirone Saturni & Phillirae filio. Plin. lib. vij. cap. xv.

Diodorus Siculus, de gestis fabulosis, reiectis omnibus, uni Mercurio adsignauit.

IVDICIVM GALeni de inuētorib. medicinę.

ARTIVM inuentiones uel Deorum filijs, uel quibusdam eis propinquis, quibus Dij ipsi primum oēs illas, arteis incp, cōmunicare dignati sunt, Græci ferūt acceptas. Hac igitur ratione Medicinam quocp principem Aesculapium ab Apolline præinstitutū, hominibus tradidisse aiunt, unde eius scientiæ inuentor exti=

tiſſe uidetur. Porro ante illum ars Medica, nondū ho= A
minibus fuit cognita, niſi quod ueteres medicamento
rum & herbarū, quas apud Græcos Chiron Centau=
rus, & ab eo eruditi heroës nouerant. Ad hæc, quales
Ariſteo Melampodi, & Polybio aſcribuntur, experi=
menta quædā habuere. Apud Aegyptios ſane, prȩter
herbas aliā quoq; medicamētorꝝ rationē in uſu fuiſſe,
Homerus hunc in modū teſtatur. Fertilis Aegyptus,
rerū medicamina partim optima mixturis, partim de
terrima nutrit. Iam uero ex cadauerum illa inciſione,
quā in exequijs habere moris erat, multa etiā quæ ma=
nu adminiſtrātur, apud priores medicos inuenta eſſe
dicuntur. Quædam ex caſu obſeruata fuiſſe: ueluti ſuf
fuſis ſanguinem mittendum: inde quod capra quæ=
piam ex ſuffuſione male habens, ſtipite acutiſſimo in B
oculum impreſſo, uiſum receperit. Quin & clyſteris
uſum ab ibi profectum eſſe ſcribunt. Hæc enim collo,
tamquam clyſteris utre marina, Niliq; aqua impleto,
roſtri aduncitate per eam partem ſe perluit, qua re=
crementa reddi ſolent. Scribit etiam HERODO=
TVS hiſtoriographus, quondam ægris in compi=
ta expoſitis, illos qui ijſdem aliquando morbis labo=
rarant, referre ſolitos, quibus unuſquiſq; uſus ſani=
tatem recuperauerit. Atq; hoc modo, ex multorum
uſu ac experimētis, rem medicam conflatam eſſe. Sed
hæc quidē experientia rōne uacua, nondūq; rationa=
lis fuit. Cæterū perfectam Medicinā, & omnibus nu=
meris abſolutā, uere diuinā aio, Aeſculapius ſolus in=

C uenit. Illam uero quæ inter homines uerſatur, huius ſucceſſores Aeſclepiadæ, poſteris ueluti hæreditario acceptam tradiderunt. Maxime Hippocrates; qui omnibus facile pręcelluit, primusq; conſummatã apud Græcos medicinam in lucem protulit.

QVI TRIVM SECTARVM principes extiterint.

RATIONALIS ſectæ & author, & princeps Hippocrates Cõus fuit. Poſt hunc Diocles Caryſtius, Praxagoras Cõus, Herophilus Chalcidonius, Eraſiſtratus Chius, Mneſitheus Athenæus, Aeſclepiades Bithynus, Cienus, ꝗ et Pruſias dictus eſt. Empiricæ præfuit Philinus Cõus, qui primus eam a rationali ſeparauit, occaſione ab Herophilo ſuo præceptore accepta.
D Acronem Acragantinum, quo rationali eſſet uetuſtior, ei dediſſe initium dixerunt. A Philino Serapion Alexandręus ea ſecta floruit. Dein Apollonij duo, pater & filius Antiocheni. Hos ſecuti Menodotus, & Sextus accurate eam coluerunt. Methodicen Themiſon Laudiceus Syrius incepit, qui ab Aeſclepiadę rationali deflectens, ad Methodicæ ſectæ inuentionem ſe contulit. Theſſalus Trallianus eã abſoluit. Poſt hos Mnaſias, Dionyſius, Proclus, Antipatrus. In ea nonnihil diſſenſerunt Olympiacus Mileſius, Menemachus Aphrodiſęus, & Soranus Epheſius. Fuerunt nonnulli ἐπισυνθετικοὶ apud Græcos nominati, ut Leonides Alexandręus: quidam ἐκλεκτικοὶ, ut Archigenes Apamęus Syrius. Atq; hactenus quidem Gale.

DE INVENTORIBVS CHIRVR- A
giæ, ex Celſo lib. VI. cap. I.

CHIRVRGIA cum ſit uetuſtiſſima, magis tamen ab illo parente omnis medicinæ Hippocrate, quam a prioribus exculta eſt: deinde poſteaquam deducta ab alijs, habere profeſſores ſuos cœpit, in Aegypto quoque increuit, Philoxeno maxime authore, qui pluribus uoluminibus hanc partem diligētiſſime comprehendit, Gorgias quoque, et Soſtratus, & Hieron, & Apollonij duo, & Hammonius Alexandrinus, multique alij uiri, ſinguli quædam reppererunt. Ac Romæ quoque non mediocres profeſſores, maximeque nuper Tryphon pater, & Euelpiſtus, & ut ex ſcriptis eius intelligi poteſt, horum eruditiſſimus, magis quibuſdam in melius mutatis, aliquantū ei diſciplinæ adiecerunt. Hactenus Celſus. B

DE SCRIPTORIBVS PLANTArum & Agriculturę, ex Marco Varrone de re ruſtica lib. I. cap. primo.

QVI GRAECE ſcripſerunt diſperſim, alius alia de re, ſunt plus quinquaginta. Hi ſunt quos tu in conſilio habere poteris, cum quid conſulere uoles.

Hieron Siculus	Apollodorus Lemnius
Attalus Philometor	Ariſtophanes Maleotes
Democritus phyſicus	Antigonus Cymæus
Xenophon Socraticus	Agathocles Chius
Ariſtoteles peripa-	Ariſcandros Athenienſis
Theophraſtus thetici	Bacchius Mileſius

C Archytas Pythagoreus
Amphilochus Atheniñ.
Anaxipolis Thaſius
Apollonius Pergamenus
Dion Colophonius
Diophanes Nicenſis
Epigenes Rhodius
Euagon Thaſius
Euphranius Atheniẽſis

Brion Soleus
Chæreſteus } Athenienſes
Chereas }
Diodorus Priennæus
Aegeſias Maronites
Menander Priennæus
Menander Heracleotes
Niceſius Maronites
Euphrãi. Amphipolites

Pythion Rhodius

¶ De reliquis, quorum quæ fuerit patria non accepi. Sunt autem

Androcion
Aeſcharion
D Ariſtomenes
Athenagoras
Crates
Oades
Dionyſius περὶ φυτῶν

Euphorion
Eubulus
Lyſimachus
Mnaſeas
Meneſtratus
Plautiphanes
Perſis

Theophilius

Hi quos dixi, omnes ſoluta oratione ſcripſerunt eaſdem res, & quædam etiam uerſibus, ut Heſiodus Aſtræus, & Menecrates Epheſius.

DE PYTHAGORA.

SVNT QVI & hunc uelint quædam de ſimplicibus effectibus ſcripſiſſe, Apolliniq; & Aeſculapio, artemq; ipſam in totũ Dijs immortalibus adſignaſſe.

DE EMPEDOCLE, & Democrito. A

POST MACHAOnem & Podalyrium, ut inquit Celsus, nonnulli clari uiri medicinam exercuerunt, donec maiore studio literarum disciplina agitari cœpit: quæ ut animo præcipue omnium necessaria, sic corpori inimica est. Primoq; medendi scientia, sapientiæ pars habebatur: ut & morborum curatio, & rerum naturæ contemplatio sub eisdem autoribus nata sit.

DE HIPPOCRATE.

HVIVS AVTem, ut quidam crediderunt, discipulus Hippocrates Cous, primus quidem ex omnibus memoria dignis, ab studio sapientiæ, disciplinam hanc separauit, uir & ætate, & facundia insignis. B
Is, ut inquit Plinius, cum fuisset mos, liberatos morbis scribere in templo eius Dei, qui auxiliatus fuisset, ut postea similitudo proficeret, exscripsisse ea traditur: atq; iam templo concremato, instituisse Medicinam, quæ Clinice dicitur, nec fuisse post quæstus ullum neq; modum, neq; finem.

Venientem etiam ab Illyrijs pestem prædixisse fertur, & discipulos ad auxiliandum misisse. Vnde & honores eos meruit, quos Herculi olim decreuerat Græcia.

Tantum exarsit in perdiscenda arte, ut nō puduerit retrimenta etiā delibare, & inde morbi naturam præsentiscere. Vnde & ab Aristophane σκατοφάγος dictus,

C quamq; alij ad Aesculapium referunt eam locum.

Summus pecuniarum contemptor fuit, suae autem gẽtis amator maximus. Vnde cũ per Epistolam eum ad se accersisset rex Artarxerxes, in hunc modum rescripsit, Imperatori. Vectigalibus, ueste, domo, req; omni ad uitam degendã necessaria cumulate fruimur: mihiq; fas non est, Persarum opibus frui, nec Barbaros homines a morbis liberare: cum Graecorum infensissimi hostes sint. Et iterum. Persarum rex nos ad se accersiuit, nescius, apud me sapientiae rationem plus ualere, q; quoduis aurum.

Filios moriẽs duos reliquit, Thessalũ, Dracone q;, sed nulla in re patrẽ aequantes. Nam ut incõptis mori
D bus a comicis proscinduntur, dicti suem resipere. Proinde Aristophanes τοὺς Ἱπποκράτους υἱεῖς ἐξοίσεις, καί σε καλοῦσι βλιτομάμαν, id est, Hippocratis filios exhibebis, teq; uocant blitomamam, id est, fatuum.

Extant hodie Artarxerxis Epistolae ad eum, et eius quoq; ad Imperatorem.

Doricus cũ esset, ut inquit Aelianus, Ionice scripsit, propter Democritum, cui familiaris fuit.

Amator Graeciae tantus extitit, ut nunq; ex ea exierit. Autores Suidas, & Aelianus.

Obijt aũt apud Laryssęos, cum Democritũ audisset perijsse, ãnos natus nonaginta, uel ut alijs placet, octoginta quinq;, siue ut alijs, centum & nouem. Statuam eius pileo adũbrauit antiquitas: ut significaret, q; maxime eam partem corporis operiendam, in qua, tanq;

in domicilio princeps animi resideret, & intelligendi A
pontificium positum esset.

TESTIMONIA AVTORVM DE Hippocrate.

SORANVS.

MEDICINAM quidem inuenit Apollo, amplificauit Aesculapius, perfecit Hippocrates: quem mihi hominis ducem, & iudicem omnium caussarum & quæstionum oportet accipere, tanquam inuentorem omnium bonorum operum.

Plini. lib. xxx. cap. I.

Plenum miraculi & hoc, pariter utrasque arteis effloruisse, Medicinam dico, Magicenque, eadem ætate, illam Hippocrate, hanc Democrito illustrantibus, circa Peloponnesiacum bellum Græciæ, quod gestum B
est. ccc. nostræ urbis anno.

Rursum lib. xxix. cap. I.

Nulla artium inconstãtior fuit, quam sæpius etiam im̃utari contigerit, cum sit fructuosior nulla. Dijs primum inuẽtores suos adsignauit, & cœlo dicauit. Nec non & hodie multifariam ab oraculis Medicina petitur. Auxit deinde famam etiam crimine, ictum fulmine Aesculapium fabulata, quoniam Tyndaridem reuocasset ad uitam. Sequentia eius (mirũ dictu) in nocte densissima latuere, usque ad Peloponnesiacum bellum, & tunc eam reuomuit in lucem Hippocrates genitus in insula Cöo, inprimis clara & ualida, ac Aesculapio dicata.

turque opera norit, hanc semper tum admiratur, tum prædicat, quam & iustam prædicat, & solam animalibus sufficere ad omnia dicit, ipsamque per se sine doctore, quæ opus sunt, agere. A

Idem Cõmentariorum lib. iiij. in Aphoris.

Hippocrates dignus admiratiõe, eorum inuẽtor, quæ a pluribus medicis, ad hunc usque diẽ fuere ignota.

Macrobius in somniũ Scipionis lib. 1.

Hippocrates (inquit inter alia) qui tam fallere, quam falli nescit, in experimentis certus.

Eusebius in Chronico.

Democritus Abderites, Empedocles, & Hippocrates Medicus, Gorgias, Hippiasque, & Prodicus, Zeno, & Parmenides uixerunt. Anno Mundi. 4760. Olympiade. 86. B

CATALOGVS librorum Hippocratis.

Iusiurandũ Hippocratis
De Arte
De prisca Medicina
De Medico
De Probitate
Hippocratis Præcepta
Lex Hippocratis
De natura Hominis
De Ratione uictus salub.
de Semine
de natura Foetus
De Carne
De Locis in homine
Aëre, Aqua, Locis.
De Insomnijs.
De Alimento. Quem tamen esse Hippocratis Gale. negat
De usu Humidorum
De Humoribus
De Flatibus
de Morbis
De internarum partium Affectibus

DE DIOCLE CARYSTIO.

POST HIPPOCRATEM Dyocles Carystius, deinde Praxagoras, & Erasistratus sic artem exercuerunt, ut etiã in diuersas curandi uias præcesserint. Fuit autem herbariæ medicinæ sectator Diocles. Citant hunc aliquoties Plutarchus, Plinius, & Galenus. Scripsit Epistolã de bona ualetudine ad Antigonũ, quæ a Copo latinitate donata, etiam nunc ab omnibus legitur.

DE PRAXAGORA, & Philotimo.

DE PRAXAGORA nihil insigne lego, ꝙ quod ab Aesculapio genus duxerit, discipulum quoq; habuerit longe excellentissimum Philotimũ, cuius meminit Galenus lib. Metho. ij. Citatur & Praxagoras ab Ga=

leno aliquoties, tum in diffinitionibus potissimũ. A

DE CHRYSIPPO.

CHRYSIPPVS philosophus & medicus, Hippocratis & Prodici placita primus mutauit, tumultuaria quadam, ut inquit Plinius, garrulitate.

Scripsit autem de animi ægritudinibus. Item de ratione Curandi. De Logicę quæstionib. Meminit Gale. de locis Affectis lib. iij. cap. 1. & Plin. li. xxix. ca. 1.

DE HEROPHILO.

HEROPHILVS omnes ante sectas damnauit, in Musicos gradus uenarum pulso discreto, per ætatum gradus. Deserta deinde & eius secta est, quoniã necesse erat in ea literas scire. Herbarũ studiosus fuit maxime. Vnde & dictũ ab eo ferunt, quasdam etiã calcatas prodesse. Gale. ij. Therapenticę, Plin. lib. xxix. cap. 1. B

DE ERASISTRATO.

ERASISTRATVS Aristotelis filia genitus, uel ut placet Suidæ, Chrysippi discipulus fuit. Vixit sub Antiocho rege: quo liberato a morbo, centum talentis donatus est, ab rege Ptolomæo filio eiusdem.

Eisdem temporibus (ut inquit Celsus) in treis parteis Medicina diducta est: ut una esset quæ uictu, altera quæ medicamentis, tertia quæ manu mederetur, Primam διαιτητικὴν, Secundam φαρμακευτικὴν, Tertiam χειρουργικὴν Græci nominauerunt.

Eius autem quæ uictu morbos curat longe clarissimi authores etiã altius quædam agitare conati, rerum quoq; naturæ sibi cognitionem uendicauerunt, tanq;

DE PRIMIS MEDICINAE Scriptoribus & claris Medicis, OTHO BRVNNFELSIVS A



DE APOLLINE, & Pæone.

PAEONEM, ET APOLLInem primos fuisse Medicinæ inuentores, duo insignes Poëtæ testantur, Homerus, & Ouidius. De Pæone quidem Home. in δ Odyss.

φάρμακα πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρὰ
ἰητρὸν δὲ ἕκαστος ἐπιστάμενος περὶ πάντων
ἀνθρώπων ἦ γὰρ παιήονος εἰσι γενέθλην.

De Apolline Ouid. lib. Meta. primo. B

Inuentum Medicina meum est, opiferque per orbem
Dicor, & herbarum subiecta potentia nobis.

DE AESCVLAPIO.

HOS PROxime sequutus Aesculapius, quæ a patre accepit, auxit. Multa subinde & ipse inuenit, ut inquit Soranus: unde inter primos inuentores numeratur. Verba Sorani sic habent Medicinam quidem inuenit Apollo, amplificauit Aesculapius, perfecit Hippocrates.

DE MACHAONE, & Podalirio.

AESCVLAPIVS filios habuit Machaonem, & Podalirium Thracēses, qui ducem Agamemnonem secuti, in bello Troiano (ut inquit Celsus) non medi=

C ocrē utilitatem cōmilitonibus suis contulerūt. Quos tamen Homerus & Dictys, non in pestilentia, neq; in uarijs generibus morborum aliquid eos attulisse auxilij, scribunt, sed uulneribus tantummodo, & ferro, & medicamentis mederi solitos. Verba Homeri sunt Iliad. lib. λ.

ταλθυβὶ, ὅτι τάχισα μαχάονα δεῦρο κάλεσον
φῶτ᾽, ἀσκληπιοῦ ὑιὸν ἀμύμονος ἰητῆρος.
Et rursum. αἷμα ἐκμυζήσας ἐπ᾽ ἄρ᾽ ἤπια φάρμακα εἰδὼς
πάσσε, τά, οἱ ποτὲ πατρὶ φίλα φρονέων πόρε χείρων.

Dictys uero lib. de bello Troiano sic. Podalyrius, & Machaon Thracēses, Aesculapio geniti, acciti sunt ad id bellū, ob solertiā medicę artis. Ex q̄bus apparet, has D partes medicinæ, solas ab his esse tētatas, easq; esse utilissimas.

DE MERCVRIO, & Apolline Aegyptiorum Rege, & Arabo.

CONTRA Aegyptij, ut inq̄t Plin. medicinā uolunt apud se repertā. Alij per Arabū Babylonis, & Apollinis filium, Herbariam uero & medicamentariā a Chirone Saturni & Phillirae filio. Plin. lib. vij. cap. xv.

Diodorus Siculus, de gestis fabulosis, reiectis omnibus, uni Mercurio adsignauit.

IVDICIVM GALeni de inuētorib. medicinę.

ARTIVM inuentiones uel Deorum filijs, uel quibusdam eis propinquis, quibus Dij ipsi primum oēs illas, arteis inq;, cōmunicare dignati sunt, Græci ferūt acceptas. Hac igitur ratione Medicinam quoq; principem Aesculapium ab Apolline præinstitutū, hominibus tradidisse aiunt, unde eius scientiæ inuentor exti-

tisse uidetur. Porro ante illum ars Medica, nondũ ho- A
minibus fuit cognita, nisi quod ueteres medicamento
rum & herbarũ, quas apud Græcos Chiron Centau-
rus, & ab eo eruditi heroës nouerant. Ad hæc, quales
Aristeo Melampodi, & Polybio ascribuntur, experi-
menta quædã habuere. Apud Aegyptios sane, prȩter
herbas aliã quoq; medicamẽtorũ rationẽ in usu fuisse,
Homerus hunc in modũ testatur. Fertilis Aegyptus,
rerũ medicamina partim optima mixturis, partim de
terrima nutrit. Iam uero ex cadauerum illa incisione,
quã in exequijs habere moris erat, multa etiã quæ ma-
nu administrãtur, apud priores medicos inuenta esse
dicuntur. Quædam ex casu obseruata fuisse: ueluti suf
fusis sanguinem mittendum: inde quod capra quæ-
piam ex suffusione male habens, stipite acutissimo in B
oculum impresso, uisum receperit. Quin & clysteris
usum ab ibi profectum esse scribunt. Hæc enim collo,
tamquam clysteris utre marina, Niliq; aqua impleto,
rostri aduncitate per eam partem se perluit, qua re-
crementa reddi solent. Scribit etiam HERODO-
TVS historiographus, quondam ægris in compi-
ta expositis, illos qui ijsdem aliquando morbis labo-
rarant, referre solitos, quibus unusquisq; usus sani-
tatem recuperauerit. Atq; hoc modo, ex multorum
usu ac experimẽtis, rem medicam conflatam esse. Sed
hæc quidẽ experientia rõne uacua, nondũq; rationa-
lis fuit. Cæterũ perfectam Medicinã, & omnibus nu-
meris absolutã, uere diuinã aio, Aesculapius solus in-

C uenit. Illam uero quæ inter homines uerſatur, huius ſucceſſores Aeſclepiadæ, poſteris ueluti hæreditario acceptam tradiderunt. Maxime Hippocrates, qui omnibus facile prçcelluit, primusq́ conſummatã apud Græcos medicinam in lucem protulit.

QVI TRIVM SECTARVM principes extiterint.

RATIONALIS ſectæ & author, & princeps Hippocrates Cõus fuit. Poſt hunc Diocles Caryſtius, Praxagoras Cõus, Herophilus Chalcidonius, Eraſiſtratus Chius, Mneſitheus Athenæus, Aeſclepiades Bithynus, Cienus, q̃ et Pruſias dictus eſt. Empiricæ præfuit Philinus Cõus, qui primus eam a rationali ſeparauit, occaſione ab Herophilo ſuo præceptore accepta. D Acronem Acragantinum, quo rationali eſſet uetuſtior, ei dediſſe initium dixerunt. A Philino Serapion Alexandrçus ea ſecta floruit. Dein Apollonij duo, pater & filius Antiocheni. Hos ſecuti Menodotus, & Sextus accurate eam coluerunt. Methodicen Themiſon Laudiceus Syrius incepit, qui ab Aeſclepiadç rationali deflectens, ad Methodicæ ſectæ inuentionem ſe contulit. Theſſalus Trallianus eã abſoluit. Poſt hos Mnaſias, Dionyſius, Proclus, Antipatrus. In ea nonnihil diſſenſerunt Olympiacus Mileſius, Menemachus Aphrodiſçus, & Soranus Epheſius. Fuerunt nonnulli ἐπισυνθετικοί apud Græcos nominati, ut Leonides Alexandrçus: quidam ἐκλεκτικοί, ut Archigenes Apamçus Syrius. Atq́ hactenus quidem Gale.

DE INVENTORIBVS CHIRVR-giæ, ex Celso lib. VI. cap. I. A

CHIRVRGIA cum sit uetustissima, magis tamen ab illo parente omnis medicinæ Hippocrate, quam a prioribus exculta est: deinde posteaque deducta ab aliis, habere professores suos cœpit, in Aegypto quoque increuit, Philoxeno maxime authore, qui pluribus uoluminibus hanc partem diligentissime comprehendit, Gorgias quoque, et Sostratus, & Hieron, & Apollonii duo, & Hammonius Alexandrinus, multique alii uiri, singuli quædam reppererunt. Ac Romæ quoque non mediocres professores, maximeque nuper Tryphon pater, & Euelpistus, & ut ex scriptis eius intelligi potest, horum eruditissimus, magis quibusdam in melius mutatis, aliquantum ei disciplinæ adiecerunt. Hactenus Celsus. B

DE SCRIPTORIBVS PLANTA-rum & Agriculturę, ex Marco Varrone de re rustica lib. I. cap. primo.

QVI GRAECE scripserunt dispersim, alius alia de re, sunt plus quinquaginta. Hi sunt quos tu in consilio habere poteris, cum quid consulere uoles.

Hieron Siculus	Apollodorus Lemnius
Attalus Philometor	Aristophanes Maleotes
Democritus physicus	Antigonus Cymæus
Xenophon Socraticus	Agathocles Chius
Aristoteles peripa-	Ariscandros Atheniensis
Theophrastus thetici	Bacchius Milesius

C Archytas Pythagoreus
Amphilochus Atheniñ.
Anaxipolis Thaſius
Apollonius Pergamenus
Dion Colophonius
Diophanes Nicenſis
Epigenes Rhodius
Euagon Thaſius
Euphranius Atheniēſis
Brion Soleus
Chæreſteus Atheni-
Chereas enſes
Diodorus Priennæus
Aegeſias Maronites
Menander Priennæus
Menander Heracleotes
Niceſius Maronites
Euphrāi. Amphipolites
Pythion Rhodius

¶ De reliquis, quorum quæ fuerit patria non accepi. Sunt autem

Androcion
Aeſcharion
D Ariſtomenes
Athenagoras
Crates
Oades
Dionyſius περὶ φυτῶν
Euphorion
Eubulus
Lyſimachus
Mnaſeas
Meneſtratus
Plautiphanes
Perſis
Theophilius

Hi quos dixi, omnes ſoluta oratione ſcripſerunt eaſdem res, & quædam etiam uerſibus, ut Heſiodus Aſtræus, & Menecrates Epheſius.

DE PYTHAGORA.

SVNT QVI & hunc uelint quædam de ſimplicibus effectibus ſcripſiſſe, Apolliniq; & Aeſculapio, artemq; ipſam in totū Dijs immortalibus adſignaſſe.

DE EMPEDOCLE, & Democrito. A

Post Machaonem & Podalyrium, ut inquit Celsus, nonnulli clari uiri medicinam exercuerunt, donec maiore studio literarum disciplina agitari cœpit: quæ ut animo præcipue omnium necessaria, sic corpori inimica est. Primoq; medendi scientia, sapientiæ pars habebatur: ut & morborum curatio, & rerum naturæ contemplatio sub eisdem autoribus nata sit.

DE HIPPOCRATE.

Huius autem, ut quidam crediderunt, discipulus Hippocrates Cous, primus quidem ex omnibus memoria dignis, ab studio sapientiæ, disciplinam hanc separauit, uir & ætate, & facundia insignis. B
Is, ut inquit Plinius, cum fuisset mos, liberatos morbis scribere in templo eius Dei, qui auxiliatus fuisset, ut postea similitudo proficeret, exscripsisse ea traditur: atq; iam templo concremato, instituisse Medicinam, quæ Clinice dicitur, nec fuisse post quæstus ullum neq; modum, neq; finem.

Venientem etiam ab Illyrijs pestem prædixisse fertur, & discipulos ad auxiliandum misisse. Vnde & honores eos meruit, quos Herculi olim decreuerat Græcia.

Tantum exarsit in perdiscenda arte, ut nõ puduerit retrimenta etiã delibare, & inde morbi naturam præsentiscere. Vnde & ab Aristophane σκοτοφάγος dictus,

C quamq́ alij ad Aesculapium referunt eam locum.

Summus pecuniarum contemptor fuit, suæ autem gẽtis amator maximus. Vnde cũ per Epistolam eum ad se accersisset rex Artarxerxes, in hunc modum rescripsit, Imperatori. Vectigalibus, ueste, domo, req́ omni ad uitam degendã necessaria cumulate fruimur: mihiq́ fas non est, Persarum opibus frui, nec Barbaros homines a morbis liberare: cum Græcorum infensissimi hostes sint. Et iterum. Persarum rex nos ad se accersiuit, nescius, apud me sapientiæ rationem plus ualere, q̃ quoduis aurum.

Filios moriẽs duos reliquit, Thessalũ, Dracon ẽq́, sed nulla in re patrẽ æquantes. Nam ut incõptis moribus a comicis proscinduntur, dicti suem resipere. Proinde Aristophanes τοῖς Ἱπποκράτους υἱέσιν ἐξεις, καὶ σε καλοῦσι βλιτομάμαν, id est, Hippocratis filios exhibebis, teq́ uocant blitomamam, id est, fatuum.

Extant hodie Artarxerxis Epistolæ ad eum, et eius quoq́ ad Imperatorem.

Doricus cũ esset, ut inquit Aelianus, Ionice scripsit, propter Democritum, cui familiaris fuit.

Amator Græciæ tantus extitit, ut nunq́ ex ea exierit. Autores Suidas, & Aelianus.

Obijt aũt apud Larysseos, cum Democritũ audisset perijsse, años natus nonaginta, uel ut alijs placet, octoginta quinq́, siue ut alijs, centum & nouem. Statuam eius pileo adũbrauit antiquitas: ut significaret, q̃ maxime eam partem corporis operiendam, in qua, tanq́

in domicilio princeps animi resideret, & intelligendi A pontificium positum esset.

TESTIMONIA AVTORVM DE Hippocrate.

SORANVS.

MEDICINAM quidem inuenit Apollo, amplificauit Aesculapius, perfecit Hippocrates: quem mihi hominis ducem, & iudicem omnium caussarum & quæstionum oportet accipere, tanquam inuentorem omnium bonorum operum.

Plini. lib. xxx. cap. 1.

Plenum miraculi & hoc, pariter utrasque arteis efflo ruisse, Medicinam dico, Magicenque, eadem ætate, illam Hippocrate, hanc Democrito illustrantibus, circa Peloponnesiacum bellum Græciæ, quod gestum B est. ccc. nostræ urbis anno.

Rursum lib. xxix. cap. 1.

Nulla artium inconstãtior fuit, quam sæpius etiam imutari contigerit, cum sit fructuosior nulla. Dijs primum inuẽtores suos adsignauit, & cœlo dicauit. Nec non & hodie multifariam ab oraculis Medicina petitur. Auxit deinde famam etiam crimine, ictum fulmine Aesculapium fabulata, quoniam Tyndaridem reuocasset ad uitam. Sequentia eius (mirũ dictu) in nocte densissima latuere, usque ad Peloponnesiacum bellum, & tunc eam reuomuit in lucem Hippocrates genitus in insula Cöo, inprimis clara & ualida, ac Aesculapio dicata.

turq; opera norit, hanc semper tum admirat, tum præ- A
dicat, quam & iustam prædicat, & solam animalibus
sufficere ad omnia dicit, ipsamq; per se sine doctore,
quæ opus sunt, agere.

Idem Cōmentarioꝝ lib. iiij. in Aphoris.

Hippocrates dignus admiratiōe, eoꝝ inuētor, quæ
a pluribus medicis, ad hunc usq; diē fuere ignota.

Macrobius in somniū Scipionis lib. 1.

Hippocrates (inquit inter alia) qui tam fallere, q̄
falli nescit, in experimentis certus.

Eusebius in Chronico.

Democritus Abderites, Empedocles, & Hippocra
tes Medicus, Gorgias, Hippiasq;, & Prodicus, Ze-
no, & Parmenides uixerunt. Anno Mundi. 4760.
Olympiade. 86. B

CATALOGVS libroꝝ Hippocratis.

leno aliquoties, tum in diffinitionibus potiſſimũ. A

DE CHRYSIPPO.

CHRYSIPPVS philoſophus & medicus, Hippocratis & Prodici placita primus mutauit, tumultuaria quadam, ut inquit Plinius, garrulitate.

Scripſit autem de animi ægritudinibus. Item de ratione Curandi. De Logicę quæſtionib. Meminit Gale. de locis Affectis lib. iij. cap. 1. & Plin. li. xxix. ca. 1.

DE HEROPHILO.

HEROPHILVS omnes ante ſectas damnauit, in Muſicos gradus uenarum pulſo diſcreto, per ætatum gradus. Deſerta deinde & eius ſecta eſt, quoniã neceſſe erat in ea literas ſcire. Herbarũ ſtudioſus fuit maxime. Vnde & dictũ ab eo ferunt, quaſdam etiã calcatas prodeſſe. Gale. ij. Therapenticę, Plin. lib. xxix. cap. 1. B

DE ERASISTRATO.

ERASISTRATVS Ariſtotelis filia genitus, uel ut placet Suidæ, Chryſippi diſcipulus fuit. Vixit ſub Antiocho rege: quo liberato a morbo, centum talentis donatus eſt, ab rege Ptolomæo filio eiuſdem.

Eiſdem temporibus (ut inquit Celſus) in treis parteis Medicina diducta eſt: ut una eſſet quæ uictu, altera quæ medicamentis, tertia quæ manu mederetur, Primam διαιτητικὴν, Secundam φαρμακευτικὴν, Tertiam χειρουργικὴν Græci nominauerunt.

Eius autem quæ uictu morbos curat longe clariſſimi authores etiã altius quædam agitare conati, rerum quoq; naturæ ſibi cognitionem uendicauerunt, tanq;

uertit: atq;, ut neceſſe erat, homini qui nec id egiſſet, A
nec remedia noſſet, oculis, uiſuq; percipienda, tor-
renti ac meditata oratione quotidie blandiens, omnia
abdicauit, totamq; Medicinam ad caſum reuocan-
do, coniecturam fecit: quinq; res maxime commu-
nium auxiliorum profeſſus, abſtinentiam cibi, ali-
as uini, fricationem corporis, ambulationem, ge-
ſtationesque: cum ſemetipſum ſibi præſtare poſſent
intelligere.

Fauẽtibus cunctis, eſſent uera, quæ facillima erant,
uniuerſum prope humanum genus circumegit in ſe,
non alio modo, q̃ ſi cœlo emiſſus ueniſſet.

Trahebat præterea mentes artificio mirabili, Vinũ
promittẽdo ægris, dandoq; tempeſtiue tum frigidam
aquam. Et quoniam cauſſas morborum prior ſcruta- B
ri Herophilus inſtituerat, Vini rationem illuſtrauit
Cleophantus apud Priſcos, ipſe cognominari ſe frigi-
dam dando præferens (& ut autor eſt M. Varro) alia
quoq; blandimenta excogitabat: iam ſuſpendendo
lectulos: quorum iactatu, aut morbos extenuaret,
aut ſomnos alliceret. Iam balneas, auidiſſima homi-
num cupidine inſtituendo. Et alia multa dictu grata,
magna autoritate, nec minore fama, cum accurriſſet i-
gnoto funeri, relato homine ab rogo, atq; ſeruato, ne
quis leuibus momentis tantam conuerſionem fa-
ctam exiſtimet.

Id ſolũ poſſumus indignari (inquit Plinius) unum
hominem in leuiſſima gente, ſine opibus ullis orſum,

C uectigalis ſui cauſſa, repente leges ſalutis humano ge-
neri dediſſe, quas tamen poſtea abrogauere multi.

Aſclepiadem uero iuuere multi: cura nimis anxia
& rudi, aut obruendi ægros ueſte, ſudoresq; omnimo-
do ciendi: nũc corpora ad ignes torrendo, ſolesue aſ-
ſidue in urbe umbroſa quęrẽdo, imo uero in tota Italia
imperatrice: tum primũ penſili balnearum uſu ad in-
finitum blandiente.

Præterea in quibuſdam morbis, medendi crucia-
tus detraxit. Vt in anginis, quas curabat, in fauces or-
gano demiſſo.

Damnauit merito & uomitiones, tunc ſupra mo-
dum frequentes.

Arguit & medicamentorum potus, ſtomacho ini-
D micos, quod eſt magna ex parte uetitum.

Phreneticos in lumine habendos præcepit, non in
tenebris. Tum demum, ſanguinem his mittere, perin
de eſſe dixit, ac ſi trucidentur.

Officium eſſe medici dixit, ut tuto, ut celeriter, &
ut iucunde curet.

Medicamenta ſuſtulit.

Aluum non toties, ut antiqui, ſed febri tantum, &
ubi neceſſe erat, ſubducebat. Cum hodie noſtrates ni-
hil fere magis habeant in promptu, & quod ubi perfe
cerunt, nihil habent ultra quod agant.

Febri ipſa præcipue ad remedium ſe uti dicebat.

Conuellendas etiã ægri uires putauit, luce, uigilia,
ſiti ingenti, ſic ut ne os quidem primis diebus elui ſine

ret. Autor Plin.lib.vij.cap.xxxvij.lib.xxv.cap.i.lib. A
xxvi.cap.iij.Gale.ij.Thera. Cornel. Cel. lib.i. Scri-
bonius in commentario suo.

DE CLEOPHANTO.

VIXIT ILLE ante Asclepiadem, ut testatur Plinius. In febrium curatione, caput ægri, multa aqua frigida ille subleuabat: inde uinum perfundebat. Adnotauit Cel.lib.iij.cap.xiiij.

DE THEMISONE.

THEMISON auditor Asclepiadis. Quæ inter initia scripsit a præceptore, illo mox recedente a uita, in sua placita mutauit. Primusq; Thessalo fundamenta iecit insaniæ suæ, ut inquit Gale.

Celebrauit etiam uulgarem herbam Plantaginem B
uolumine de ea edito. Scripsit item tardarum passionum libros.iij. Plin.lib.xxix. cap.i. lib.xxv.cap.vij. Gale. Methodi lib. ij. Alibi quoq; lib.xiiij.cap.xvij. Autorem summum hunc uocat Plinij Cælius Aurelianus libro.i.in præfatione.

DE THESSALO.

THESSALus ille est, in quem Methodum suã direxit Galenus, homo iactator, & sui tẽporis, medicorũ Alpha. Vixit ætate Neronis, natus ex patre, ut inquit Gale. male lanas carpente, atq; in gynæceo educatus. Deleuit hic cuncta maiorum placita, et rabie quadam in omnis æui medicos perorauit: uerum quali prudentia, quoue ingenio, æstimari uel uno argumento abunde potest, cum monumento suo in uia Appia ia-

C tronicem ipſam ſe inſcripſit. Nullus hiſtrionum par, inquit Plinius, ex quo de trigario comitatu regreſſus in publico erat.

Artem ipſam ſex menſibus promittebat, unde plures ſibi diſcipulos breui comparauit. Neq; Geometria, neq; Dialectica, neq; Aſtronomia, neq; Muſica, neq; ullius deniq; bonarum diſciplinarum indigere eius diſciplinæ ſtudioſos dicebat.

Hippocratis Aphoriſmis ſumo cum dedecore contradixit, palamq; concionabatur, Hippocratem & ſcripſiſſe, & propinaſſe ægrotantibus noxia.

Scripſit de cõmunitatibus lib. unũ. Item de Syncre-
D ticis librum unum, Epiſtolam ad Neronem unam. Medicinæ totius methodum, Epiſtolas medicinales decem. Præter ea, quæ a Galeno non commemorantur. Galenus in Therapeut. Plinius lib. xxix. cap. primo.

Fuit & alius Theſſalus Hippocratis filius, ut affirmat idem Galenus. Methodi lib. viij.

DE EVELPIDE.

EVELPIdes ætate Celſi inſignis Chirurgus, & medicus ocularius, author Collyrij q̊d Tragodes inſcribitur, & item alterius cui nomen μιμιγμένον, quorum compoſitionem uide apud Celſum, libro ſexto.

DE PHILIPPO COO.

PHILIPPVS Cöus primus Empiricen diſpeſcuit, ab logica, rationes accipiens ab Herophilo, cuius diſcipulus fuit. Galenus in Iſagog.

DE ACRONE. A

ACRON Agrigentinus Empiricus.

DE DELPHINO.

DELPHINVS diſcipulus Acronis, Item Empiricus. Galenus eodem.

D.E ANDROMACHO.

SCRIPSIT libros Therapeuticæ, plæraq; etiam compoſuit, quę eius nomine apud Galenum celebrãtur, inlibris, quos in ſcripſit Memiri.

DE CRITONE.

SCRIP ſitille libros Coſmiticorꝝ, quos contraxit ex Cleopatra & Heraclide, qui & ipſi reliquerũt κοσμητικά,

DE PHILIPPO Alexandri medico.

PHILIPPVS quidam Alexandri magni medicus fuit, Anacarnanienſis natione, de quo lege hiſtoriam apud Qu. Curtium libro tertio. B

DE APVLEIO.

L. APVLeij Madarenſis philoſophi Platonici de uirtutibus herbarꝝ quidam libellus hodie in manibus habetur, quē a Chirone Centauro præceptore Achillis, & ab Aeſculapio dicit̃ accæpiſſe: an illius qui Aſinum aureũ ſcripſit, minime compertum habeo.

DE HERACLIDE.

TARENtinus Heraclides plantarum hiſtoriam ſcripſit, idq; ante Dioſcor. ut ipſe in præfatione teſtat̃.

DE ANDREA.

ANDREAS Chius herbarum ſcriptor. eius meminit Dioſcorides libro primo.

DE IOLA.

IOLAS Bithynus herbarius. Multa eius transtulit in suam naturalẽ historiam Plinius, quæ nominatim etiam citat lib.xx.cap.xvij. Dioscor.lib.1.

DE IVBA.

IVBA, ET rex, & herbarius. Celebrauit inter alia herbam Euphorbiam lib.xxv.cap.vij.

DE CRITOBVLO.

OLIM MAGnus fuit, propter extractam Philippi regis oculo sagittam, & citra deformitatem oris cuncta orbitate luminis. Plin.lib.vij.cap.xxxvij.

DE PRODICO.

PRODICVS Selymbriæ natus, discipulus Hippocratis. Instituit quã uocant Iatralepticen. Reunctoribus quoq; medicorum, ac mediastinis uectigal inuenit, ut inquit Plin.lib.xxix.cap.1.

DE CREONTE.

CREON AGRIgentinus Euripicen in Sicilia primus docuit, autoritate, Empedoclis primum cõmendatus. Plin.lib.xxix.cap.1.

DE THEOMBROTO.

THEOMBROTI insignem in medicina peritiã, Ptolomeus rex Megalensibus sacris donauit centũ talentis, propter seruatum Antiochum regem. Plinius autor lib.vij.cap.xxxvij.

DE VECTIO VALENTE.

VECTIVS Valens adulterio Messalinæ Claudij Cæsaris nobilitatus, pariterq; eloquentiæ assectator,

nouę sectæ & ipse quoq; autor fuit. Plin. li. xxix. ca. 1. A

DE CRICIA.

CRICIAS Massiliensis arte geminata, ut cautior, religiosiorq;, ad syderum motus ex Ephimeride mathematica cibos dando, horas obseruando, autoritate Vectium Valentem præcessit, & (ut Plinius inquit) nuper centies. H. m. v. sestertia reliquit, muris patriæ mœnibus quoq; alijs, non minori summa extructis.

Damnauit non solum priores medicos, sed & balneas: frigidaq; etiã hybernis algoribus lauari persuasit: mersit ægros in lacus. Videbamus senes consulares usq; in ostentationem rigentes. Qua de re extat etiam Añei Senecæ astipulatio. Nec dubium est, omnes istos famam nouitate aliqua aucupantes, animas statim nostras negociari. Hinc illæ circa ægros miseræ B sententiarum concertationes, nullo idem censente, ne uideatur assertio alterius. Hinc illa infelicis monumenti inscriptio, turba se medicorum perijsse. Mutatur ars quotidie, toties interpollis, & ingeniorũ Græciæ flatu impellimur. Palãq; est, ut quisquis inter illos eloquendo pollet, Imperatorem ilico uitæ nostræ necisq; fieri. Ceu uero non milia gentium sine medicis degant, nec tamen sine medicina. Plin. lib. xxix. cap. 1.

DE ARCHAGATO.

ARCHAGATUS Peloponnensis Lysaniæ filius, primus e medicis Romam uenit, L. Aemilio, & M. Liuio consulibus, Anno urbis. D. xxxv. eiq; ius Quiritum datum, & taberna in compito Acilio data: ob id

C publice uulnerarium tradunt uocatum, mireq; gratum aduentum eius initio: mox a sæuicia secandi, urendiq; transisse nomen in carnificem, & in tædium artis, omnes adeo etiam medicos. Plinius libro. xxix. capite primo.

DE MARCO CATONE.

ET HVNC inter medicos herbarios numerat Plin. lib. xxv. cap. ij. Nam præter libros de re rustica, etiam cõmentariũ scripsit, de cura domesticorũ, & longa Senecta paranda. Plinius lib. xxix. cap. 1.

DE ARCHONTIO.

ARCHONTius uulnerum medicus, sed plane impostor, & Galeno, & Plinio teste.

DE CAIO VALGIO.

D POST CATonẽ, inquit Plin. Romæ tentauit quidẽ scribere quędã in medicina C. Valgius, homo non solũ eruditus, uerumetiã spectatus, sed repugnãtibus fatis, nihil effecit. Plin. lib. xxviij. cap. ij.

DE POMPEIO LENAEO.

POMPEIVS Lenæus, magni Pompei libertus, homo Romanus, sed grãmaticus uerius q̃ medicus. Plin. lib. xxv. cap. 1.

DE MITHRIDATE rege Ponti.

HVNC quis dubitet, præter tam multifariã eruditionem, & tam multarũ linguarum peritiam, etiã medicum fuisse? Primus em̃ ille Antidoti genera inuenit, ex quibus etiã nunc nomen retinet unũ. Illius quoq; inuentũ est, quod sanguis anatũ Ponticarũ antidotis

miſcetur, quoniā ueneno uiuunt. Meminerūt huius A
paſſim & hiſtoriæ, & Plin. lib. xxv. cap. I.

DE EVACE.

EVAX rex Arabium, de ſimplicium effectibus, ad Neronem ſcripſit, teſte Plin. lib. xxv. cap. I.

DE DIONYSIO, & Methrodoro.

HORVM inuentum fuit primum, herbas pictura re. Plin. lib. xxv. cap. ij.

DE ANTONIO CASTORE.

SVMMA illi, inquit Plin. in herbaria autoritas fuit noſtro æuo. Hortum enim plantauerat, in quo omnis generis herbas alebat. Centeſimū ętatis ſuę annū excedens, nullū corporis malū expertus eſt, nec ætate quidem memoria, aut uigore concuſſis. Plin. xxv. cap. ij. B

DE SERVILIO DEMOCRATE.

SERVILIVS Democrates inuentor & buccinator herbæ quam Hyberidam appellauit, qua cum oēs ſuos ægros curabat. Plin. xxv. cap. viij.

DE ASCLAPONE.

ASCLAPON medicus Patrenſis. Huius artē uehemēter cōmendat Cicero Epiſtolarū familiariū. li. xiij.

DE IVLIANO.

IVLIANVS farinæ Theſſalicæ, Apollonidæ Cyprij diſcipulus. Conueniſſe ſe hunc aliquando Alexandriæ, Galenus teſtatur, ut nugas ipſius perdiſceret, ſed nihil ſe repperiſſe, præter hominem obſcurum, uarium, & nullius eruditionis firmæ. Galenus in Therap.

C DE OLYMPICO.

ET HVNC nugonem appellat Gale. Metho. li. ij.

DE SORANO.

SORANVS natione Ephesius, Troiani & Herodiani, & Galeni temporibus adhuc uixit, ut ipse testatur in Methodo sua, & in Memiri. & libr. Sectarum. Item Suidas. Scripsit Monobiblon, & libros aliquot Pharmacorum, atq; speciale corpus scripturæ formauit (ut inqt Cęlius Aurelianus) de passione capitis initia sumens.

DE MENODOTO.

MENODOTVS non contemnendus medicus ætate Serapionis. Galenus in Method.

DE CASSIO.

D CASSII cuiusdã meminit Celsus lib. iiij. cap. xiiij. qui inuentor extitit nobilis Pharmaci, quod κόλικόν inscribitur.

DE ARCHIGENE.

ILLE EST, ni fallor, de quo lusit Poëta,
Aduocat Archigenem, onerosaq; pallia iactat,
Quot Themison ægros, autumno occiderat uno.

Mirum quantũ in hunc inuehit Gale. Libros Epistolarum medicinalium posteritati dedit. Item de oblęsæ memoriæ instauratione unum lib. De pulsibus librum. 1. De significatione febr. lib. 1. De musculis lib. 1. De longorum affectuum noticia lib. unum. Item libros regularum: autor. Gale. de locis affectis li. iij. ca. iiij. Method. lib. viij. de locis affectis. ij. Cælius Aurelianus ægritudinum tardarum lib. ij.

DE EVDEMO. A

EVDEMVS primus poſt Hippocratem neruorum anatomicen deſcripſit, non mediocrem medicis ſcrupulum iniſciens.

DE ANTIPATRO.

MEDICAM artem, Romæ profeſſus eſt, non ſine laude, etiam Galeno illi calculum adiſciente, quem miro modo ſe dicit a febre liberaſſe, de locis affectis libro. iiiſ. cap. ultimo. Scripſit libros Epiſtolarũ medicinalium ad Gallum, ut inquit Celius Aurelianus.

DE CRATEIA.

HERBARIorum Alpha Crateias, ex patre quoqꝫ natus Herbario, Citatur aliquoties a Dioſcor. Vixit Hippocratis temporibus. Si modo Hippocratis eſt ea Epiſtola, quæ hodie operibus Hippocratis inſerta. ab B
Caluo quoqꝫ Hippocratis nomine reddita eſt, ad Creteiam ſcripta. Meminit huius, & Plin.

DE ANTHONIO MVSA.

ANTHONIVS Muſa Auguſti Cæſaris medicus, & frater Iubæ regis, ut adſerit Plin. libro. xxv. cap. viſ. Themiſonis imitator, cuius plæraqꝫ etiã in ſua tranſtulit, ut inquit Plinius.

DE PELOPE.

PELOPS Galeni præceptor, ut meminit ipſemet de locis affect. lib. iiiſ. cap. viſ.

DE AESCHRONE.

ET IPSE quoqꝫ Galeni præceptor.

C DE TYLEO BASSO, NICErato, Petronio, Nigroq́;, & Diodoto.

HERBARVM scriptores fuisse, q̃q̃ infelices, Dioscorides meminit, his uerbis. Iunioribus autem nequaq̃ assentiendũ: ex quorũ numero Bassus est, Niceratus, Petronius, Nigerq́;, & Diodotus, Asclepiadæq́; omnes. &c.

DE PETRONE.

PETRON Diocli Carystio successit, ut meminit Celsus li. iij. cap. ix. Miro modo ille febrium morbos curabat, nempe per contraria. Febricitãtem enim ubi accęperat, simul calorem ingentem, sitimq́; excitabat.
D Deinde ubi paululum remitti cœpisset febris, aquam frigidam potui dabat: quæ si mouisset sudorem, explicuisse se ægrum dicebat: si non mouerat, plus aquæ frigidę ingerebat, & tũ uomere cogebat. Si alterutro modo liberasset, protinus suillam assam, & uinũ potui dabat. Si nõ liberabat, decoquebat aquam, sale adiecto, eamq́; bibere cogebat, ut mouendo uentrẽ purgaret. Et intra hæc omneis medicina eius consistebat.

DE APPOLLODORO.

APPOLLOdorus medicus Ptolomæi regis, scripsit uolumen de uinis, & usu eius ad regem. Plinius libro. xiiij. cap. septimo.

Fuerunt autem Appollodori duo: ut etiam alibi testatur Plin. libro. xx. cap. iiij.

DE PETRIDIO.

SCRIPSIT Ophiaca Petridius.

DE PHILIPPO, & CHRYſippi quo=dam diſcipulo. Et Philippo Epirote. A

NON IGNorabilis medicus Chryſippi diſcipu=lus. Apud Antigonũ regem, amicum quendam eius, notæ intemperantiæ, mediocriter in hydropico mor=bo implicitum, negauit poſſe ſanari. Cumq; alter me=dicus Epirotes Philippus ſe ſanaturum pollicitaretur, reſpondit, illum ad morbum ægri reſpicere, ſe ad ani=mum. Necq; eum res ſefellit. Ille enim cum ſumma di=ligentia, non medici tantummodo, ſed etiam regis cu=ſtodiretur, tum malagmata ſua deuorando, biben=docq; ſuam urinam, in exitium ſeſe præcipitauit. Cel=ſus libro tertio, cap. XXI.

DE QVINTO SERENO SAMmonico.

QVINTVS Serenus Sammonicus, Gordiani iu= B nioris pædagogus fuit. Cuius meminit Spar=tianus in Caracalla his v̄bis. Occiſi ſunt & in balneis plures, & in cœnis, inter quos Sammonicus Serenus: cuius libri plurimi ad ſalutem extant.

DE PAVLO AEGINETA.

PAVLVS uniuerſam medicinam a Galeno & O=ribaſio, per innumeros fere libros traditam, in ſeptem libros compendioſe redegit. Suidas. παῦλος αἰγινήτης ἰα-τρὸς, ἔγραψεν ἰατρικὰ βιβλία διάφορα.

DE ALBERTO MAGNO.

ET NOMINE, & eruditione, experientiaq; rerum multarum, magnum Albertum ego medicum fuiſſe non dubito, naturarũq; archanas uires perſpectas ha=

C buisse, ut neminem ex ueteribus. Quare & hunc Catalogo nostro nõ inepte adsciuimus. Vita eius aliũde notior, q̃ ut a nobis paucis hic cõprehendi quæat.

DE APVLEIO CELSO.

SI NON fallor, præceptor fuit ille Scribonij Largi. Sic enim meminit Scribonius lib. de compo. medicamentis cap. clxxi.

Antitodus Apulei præceptoris, quam quotannis componebat, & genere quædam publice mittebat. Centuripas, unde ortus erat, quia in Sicilia plurimi fiunt rabiosi canes. &c.

D DE ANTHONIO BENIuennio.

MIRAE experientiæ, & cum hoc fortunatissimus medicus Beniuẽnius. Huius hodie extat de abditis ac mirandis morborũ ac sanationum caussis liber.

DE POLYBIO, & Psello.

SI MEDIci censendi sunt, qui de re medica libros reliquerunt, non prætermittendi nobis, & Polybius, & Psellus. Scripserunt de salubri uictus ratione Enchiridia, quæ habentur. Polybon etiam quendam Hippocratis discipulum facit Aldus Manucius, haud scio an eum, qui nunc de ratione uictus legitur.

DE SCRIBONIO LARGO.

SCRIBONIUS Largus medicus uetustissimus, nuper Ioannis Ruellij medici doctissi. opera e tenebris erutus, & a situ uindicatus. Scripsit de compositione medicamentorum librum sub Tyberio Cæsare, quantum licet ex ipsius commentario conijcere.

DE DEMOSTHENE SEUERO, & ANTYLO. A

CITANTVR aliquoties a Georgio Valla, Demosthenes quidam, & Seuerus, & Antylus, Rufus, Adamancius, Athenæus, & Herodotus de natura & morbis oculorum. Præterea de uniuersi corporis purgamentis. Quæ alia insigniora scripserint, non lego.

DE DIAVLO.

DIAVLI cuiusdam meminit Martialis Epigrammatum libro. primo his uerbis,

Chirurgus fuerat, nunc est uespillo Diaulus,
Cœpit, quod poterat, clinicus esse modo.

Et rursum.

Nuper erat medicus, nunc est uespillo Diaulus,
Quod uespillo facit, fecerat & medicus.

DE HARMOCRATE. B

HARMOCRATES medicus quidam fuit tantæ ignauiæ atq; inscitiæ, ut non modo arte sua, quã non probe callebat, multos perimeret, uerum etiam per somnium conspectus, uelut basiliscus interficiebat a quibus cernebatur, autor Martialis Epigram. lib. VI.

Lotus nobiscum est, hylaris cœnauit, & idem
Inuentus mane est mortuus Andragoras.
Tam subitæ mortis caussam Faustine requiris?
In somnis medicum, uiderat Harmocratem.

DE HIPLOMACHO.

LVSIT IN hunc Martialis libro octauo.

Hiplomachus nunc es, fueras ophthalmicus olim,
Fecisti medicus, quod facis Hiplomachus.

C DE PYRONE.

NVGATOrem aliquem fuisse, & qui multa incerta proposuerit in philosophia & medicinis, Galenus uidetur innuere libro de temperamentis secundo. Et nonne inquit, hæc sunt Pyronis hæsitatio, & nugæ immensæ?

DE ZENONE.

ZENONem illum Herophili discipulum, citat Galenus lib. diffinitionum medicinæ.

DE ANDRONICO.

MEMINIT huius Galenus in libro, qui inscribitur, Quod corporis temperamentum, animi mores sequantur.

DE LVPO MACEDone.

D LVPVS MACedo uiguit, ut inquit Galenus. propter nouitatis gratiam, & ueluti oraculum quoddam ex adytis loquens. Libro de naturalibus facultatibus primo.

DE ANTONIO EPICVRO.

ANTONIVS Epicurus scripsit de propriorum affectuum ἰφιδρία, cui simili uolumine respondit Galenus, quem nũcupauit, de propriorum animi cuiusque affectuum agnitione & remedio.

DE QVODAM HIPPOCRAte apud Martialem libro.ix.

SANTONICa medicata dedit mihi pocula uirga
Os hominis, mulsum me rogat Hippocrates,

Tam ſtupidus nunq̃ ne tu puto Glauce fuiſti A
Chalcea donanti, Chryſea qui dederis.
Dulce aliquod munus, pro munere poſcit amaro,
Accipiat, ſed ſi potat Helleboro.

Fuerũt aũt plures eius nominis, ut infra dicemus.

DE STRATONICO, & SABINO.

CELEBRANTur diſcipuli Hippocratis ab Galeno libro de atra bile.

DE PRODICO.

VETVS & ipſe ſcriptor. Scripſit de natura hominis quædam, quæ citantur ab Galeno libro de naturalibus facultatibus ſecundo.

DE THEONE.

THEON de frictionibus corporis parũ probe ſenſit quædam contra Hippocratem, quæ ab Galeno improbantur lib. de Sanitate tuenda. ij. B

DE AECIO.

AECIVS quadriſyllabum. Ex Antiochia. Syriæ fuit, Eunomij præceptor, Conſtantini magni temporibus. Pauper natus ab initio, aurificinam ob inopiam exercuit. Paulo poſt ob nobilis præceptoris commoditatem, qui nuper e Tyro aduenerat, ſeſe literis & eloquentiæ ſtudijs tradidit. Cumq; Chriſtianus eſſet, & a LEONTIO Præſule Antiocheno, Diaconatus ordini adſcitus eſſet, Eunomiorum, Arrianorumque ſectæ ſeſe addixit. Quapropter ἄθεος uocatus, & ex Antiochia pulſus eſt. Eius ui-

C tam Eunapius Græcus autor prosequit. Scripsit complura, ex quibus medicina tantum eius ad nos peruenit, quæ cernitur in Bibliotheca Vaticana. Meminit & Volaterranus in Anthropologiæ lib. xiij.

DE MELISSO.

MELISSI medici meminit Hippocrates lib. de natura humana, & item Cælius Aurelianus.

DE MICTONE.

CITAT hunc Nicandri interpres, in Theriacis, herbarium medicum.

DE MACHARIONE, & Iside.

INSIGNES illi Chirurgi fuerunt: quorum & emplastra, & confectiones quædam extant. Meminit Galenus Therapent. libro. v.

D DE DIOSCORIDE.

DE ILLO sic proditum reliquit Suidas.

Dioscorides Anazarbæus, cognomento Phacas, id est, Lentinus, quod lentigine os dehonestaretur. Fuit autem sub Cleopatra, & Anthonio in Aegypto. Scripsit lib. xxiiij. ualde celebres ad medicinæ usum. Nec ultra quicq apud probatum authorem memini me legisse.

DE PHANIA.

PHANIAS medicus, scripsit librum de Stirpibus, ut meminit Plinius.

DE ARISTOPHILO.

PHARMACOPOLA Plataicus insignis Aristophilus, autor Theophrastus, de natura plātarū. li. ix. ca. xix.

DE MNESITHAEO.

MNESITHæus Athenienſis, uir in omnibus, ut inquit Galenus, quæ ad artem medicam ſpectāt, ſufficienter doctus. Scripſit librum, qua uia & ratione medendi ſcientiam oporteat exercere. Galenus de arte curatiua ad Glauconem libro.1.

A

DE PETRIDIO, & MICONE.

HORVM mentionem Plinius facit libro.xx.cap.xxiij. Scripſerunt autem hi ῥιζοτομούμενα.

DE ACTVARIO.

ACTVARIus Græcus autor, ſcripſit de ratione Vrinarum libros ſeptem. Præter hæc (ut inquit Ambroſius Leonolanus) non hactenus apud quenq; hiſtoricum, qui nos doceret, qui uir is, & cuias eſſet, legimus. Sed tamen in ijs quæ ipſe diſputauit, clare ſpectare eſt, uiri diuinum ingenium, ſcientiamq; rerum profundam, adeo, ut nemini cedens, aut metuens, aut obſecutus, ſua minerua potius uigens, atq; fretus, rem omnē præpoſitam doctiſſime uideatur explicauiſſe. Siquidē præter hoſce ſeptem libros, qui de urinis ſunt, etiā magnum opus compoſuit, in quo omnis medicæ facultatis ideæ ſumma diligentia, & arte tractatæ continentur. Atq; hæc Ambroſius Leonolanus.

B

DE CHERIA.

CHERIAS Arthenienſis, herbarum ſcriptor, celebrator quoq; ſpinarum generis, & carduorū. Meminit Plin. libro. xxi. cap. xxiij.

C DE ALEXANDRO Aphrosidæo.

ALEXANDER Aphrosidæus, sub Seuero & Anthonio Imperatoribus philosophiã professus, primus oĩm Aristotelem, antea uiris doctis laudatũ magis q̃ intellectum, commentarijs enarrauit. E cuius schola tanq; ex equo Troiano uiri doctiss. emanarunt, Themistius, Ammonius, Simplicius, Philoponus, & Olympiodorus, omnes Aristot. cõmentatores. Habentur & hodie eius problemata, et rei medicæ quædam, quæ Aldus quondam excepit.

DE ARISTOGENE.

ARISTOGENES duo fuerunt. Primus Thasius, qui plura admodum Antigono Macedonum regi inscripsit operum suorum. Alter Gnidius, seruus Chrysippi philosophi: inde maxime celebratus, quod Antigonum aliquando curasset. Author Suidas.
D

DE CORNELIO CELSO.

CORNE. Cels. mediocri uir ingenio, non solum artem Rhetoricam, sed & de re militari, & de re rustica, deq; medicina libros composuit. Quintilianus lib. x. cap. I. Columella lib. I. cap. primo.

DE GLAVCIA.

GLAVCIæ cuiusdam herbarij, meminit Plini. lib. xxiiij. cap. xvi. plura non lego.

DE GRAECINO.

GRAECINus, de uinorum & uitium natura reliquit plæraq;, Cornelij Celsi abbreuiator, ut inquit Plinius libro. xiiij. cap. ij.

DE ANDROCIDE.

A ET HVNC opinor medicum fuiſſe. Sic enim ſcripſit ad Alexandrum. Vinum potaturus o Rex, memento te bibere ſanguinem terræ. Sicuti enim cicuta homini uenenum eſt, ſic cicutæ uinum. Quibus præceptis ſi ille obtemperaſſet, profecto amicos in temulentia non interemiſſet. Hæc Plinius lib. xiiij. capi. v. & Platina de honeſta uoluptate.

DE STRATONE Peripatetico.

AB MACRobio libro primo in ſomnium Scipionis Medicus inducitur.

DE HIS QVI VITES celebrauerunt, & uina.

VINA CELebrarunt & uitium genera. Græci autores Euphronius, Ariſtomachus, Comades, Hiceſius, omnes medicorũ ordinis, & clariſſimi ſcriptores. Plinius libro. xiiij. cap. xix. B

DE ATTALENSI ATHenæo.

ATTALEnſis Athenæi ſectatores (inquit Galenus) negant, aut calidum, humidumue ſtatim uitio dandum, aut morbum ullum inueniri, qui calidus ſit & humidus, ſed omnino qui uel calidus ſit & ſiccus, ut febris: uel frigidus & humidus, ut aqua intercus, uel frigidus & ſiccus, ut melancholia. Plura alia de tẽperamentis abſurda ſtatuerunt, quæ lege apud eundem libro primo de temperamentis.

DE CLIDEMO.

DE CAVSSIS plantarum reliquit quædam, ut

C inquit Theophrastus lib. I. plantarum cap. x.

DE MNESTORE.

SCRIPSIT libros naturalium quæstionũ, ut indicat Theophrastus libro primo plantarum cap. XXVI.

DE THRASYA.

IS, VT INquit Theophrast. tale se comperisse uenenum aiebat, quod facile, & absq; ullo dolore inferre necem posset. Nec alio q̃ succo Cicutę, & Papaueris, & aliorũ huiusmodi. Idq; admodum contractum, exiguumq;, uidelicet ad drachmæ pondus, & irremediabile penitus: & tam ualidum, ut quantumuis tempore perdurare posset, necquicq̃ sentiret immutationis. Sed sumendam is Cicutam æstimabat, non unde libuerit, sed ex Susis, & si qua alia loca prægelida & o-
D paca constãt. Nec secus de reliquis, quæ debebant addi censebat. Quin & alia multa, & ex multis ijs componenda excogitauit. Radicum peritissimus habitus est. Vnde & sæpe Hellebori manipulos esitabat, nec inde quicq̃ afficiebatur. Ab illo dictũ ferunt, Omnia medicamina propter hominis consuetudinem, si sæpius sumantur, uim suam amittere. Cum enim inæqualiter a natura accæptantur, deuincuntur, conficiuntur, & non amplius poni inter medicamina debent. Subinde naturas singulatim discernens, alijs medicamen, alijs non esse medicamẽ asserebat. Meminit Theoph. historiæ plantarũ libro. IX. cap. XVIJ. & XVIIJ.

DE ALEXIA.

ALEXIAS quoq; eius discipulus, ingenij acrimo-

nia plurimũ ualens, nec infra præceptorem bonis arti A
bus minus instructus. Nam & reliquas medicinæ par
tes, quæ præceptor non tenuit, ipse egregie est conse-
cutus. Theophrastus lib. ix. cap. xvij.

DE EVDEMO.

EVDEMVS medicamentarius, & pharmacopola
laudatus, atq; ea in arte facile princeps. Is cum ciere al-
uum uellet, inquit Theophrastus, atq; se nihil affectũ
iri pepegisset, quiddam admodũ mediocre ante solis
occasum deuorauit, quod neq; continere, neq; deuin-
cere potuit. Theophrast. libro. ix. cap. xviij.

DE altero EVDEMO Chio.

CONTRA uero Chius Eudemus arte minime lau
datus, Helleborum bibens, non purgabatur, & . xxij. B
aliquãdo potiones uno die sumpsisse se retulit, fori a-
pud uasa sedentem, nec surrexisse priusq; esset meri-
dies; tunc uero domo petita, balneas ingressum, cœ-
natumq; more solito, nec quicq; emouisse. Hic tamen
auxilio quodam pręparato cohibuit. Aceto enim acri
aspersam pumicẽ bibisse se retulit, post septimã Helle-
bori potionẽ: rursusq; ex mero eodẽ modo egisse. Pu-
micis aũt uim magnã adeo esse, ut si in urceum bullien-
tem eã inieceris, feruorẽ extinguas, non solũ parte ali-
qua tempor;, sed etiã ex toto. Pumicẽ enim exsiccare
uehemẽtissime, atq; ad se spumã totã recipere uolunt,
idq; extinguẽdi caussam esse. Theoph. li. ix. ca. xviij.

DE quinq; alijs HIPPOCRatibus.

FVERVNT præter primũ illum authorem medi-

C cinæ, etiam quincp aliij Hippocrates, ut inquit Suidas, omnes eiusdem artis & familiæ, diuersis tamē temporibus. Sextum Atheniensium ducem, ponit in bello Peloponnesiaco Thucydides. Septimum Pisistrati tyranni patrem Herodotus libro quinto. Octauū Gelæ tyrannum lib. sexto Herodotus. Et Nonū hominem seditiosum, Liuius lib. iiij. secundi Pumici belli.

DE SANCTO LVCA.

LVCAS PRimum medicus Atheniensis, ut eius Euangelium indicat. Inde Apostoli Pauli sectator & comes, factus, ex corporalium morborum curatione, animorum quocp & spiritualis curator & medicus.
D Descripsit eius uitam diuus Hieronymus.

DE MACRO.

AEMILius Macer Veronensis poëta, uolucres, et herbarꝫ uirtutes pinxit. Ouidij ætate, ut ipse testatur,

Sæpe suas uolucres legit mihi gratior æuo,
Quæcp nocet serpens, quem iuuat herba Macer.

Sed & opus Homeri ꝓsecutus est, quicquid apud Ilion uscp in finem belli actum est, ut idem Ouidius.

Tu canis æterno quicquid restabat Homero,
Ne careant summa Troia bella manu.

An ille sit, cuius hodie herbarū descriptiones eleganti & facili carmine leguntur, alij uiderint. Meminit & Plini. Macri, eiuscp testimonijs utitur. Item Galenus lib. vi. pharma. Et Martialis Epigrammatū lib. ix.

Saturnalicio Macrum fraudare tributo
Frustra Musa cupis, non licet, ipse petit,

Solennesq; iocos, nec tristia carmina poscit, A
Et quæritur nugas obticuisse meas.

DE MARCELLO medico.

MARCELLI multi fuerunt, ex quibus insigniores, ut inquit Suidas, Marcellus Pergamæus, orator sub Hadriano principe, cui librū inscripsit, de regno. Alter Sidites, medicus, sub Impatore Anthonio, qui scripsit heroico carmine de Medicina libr. xlij. Haud scio an ille fortasse, quem apud Mecœnatem nostrum D. Vlrichum Huttenum uidimus: sed quem aliquando nobis, toties interpellatus, proferet doctiss. D. Iohannes Lotzerus, Medicus illustriss. Principis Lodouici Comitis Palatini, nec sinet fraudari nos diutius spe nostra. B

DE MELANTHO.

MELANthus filias Prœti regis Argiuorū ab insania fabulatur curasse. Quanq; hunc non Melāthum, sed Melampodem nominat Gale. in cōmentario de atra bile, Fabula est apud Vergilium Ecloga. vi.

DE MENECRATE.

MENECRates Syracusanus natione. Nullā dicitur accipere mercedem solitus medendo. Curabat autem in primis sacrum morbum: tantum hac mercede contentus. ut liberati, se eius seruos faterentur. Se uero Iouem appellabat. Alter quoq; Menecrates comicus fuit. Suidas autor.

DE NICANDRO.

NICANDer colophonius grammaticus & medi-

ſpoliatus atq; priuatus, in exilium ad Barbaros miſſus est. Vbi tamẽ animo ſemper philoſophico inſtructus fuit. Tanta apud Barbaros gratia, & in opinione fuit, ut fere pro Deo haberetur, placatis tandem Principibus, rediјt, bonaq; amiſſa recuperauit. Aliј Pergamẽſem faciunt. Quicquid ueterum erat cõmentariorum, in compendiũ contraxit: idq; ea diligentia, ut iam non alia legiſſe, ſed propria inueniſſe dicebatur. Vnde uulgo celebratum id de eo erat, ἄξιον ἐνεβίαν δίαν ὀριβάσιος. A

Scripſit Euporiſton lib. cxi.
Medicinæ Compendium. lib. 1.
Curationum. lib. 1.
Trochiſcorum confect. lib. 1.
De Simplicibus. lib. 1.

DE PLINIO. B

PLINIVM ſecundum iam conſtans fama Veronenſem facit, ſub Veſpaſiano Imperatore, ut indicat eius etiam Epiſtola naturalis hiſtoriæ præliminaris. Interdiu negocia publica adminiſtrabat: noctibus uero, & ſucciſiuis, ut ipſe inquit, tẽporibus, opus de naturali hiſtoria conſcripſit. Vnus omniũ temporis parciſſimus diſpenſator. Periјſſe dicitur in montis Veſeui incendio, dum eius cauſſam indagare cuperet. Eius uitam diligentius in Epiſtolis pingit C. Cecilius Plinius, eius ex ſorore nepos.

DE SIMO.

NON INFERIOR Hippocrate Medicus Simus, de quo ſic Strabo lib. Geograph. xiiiј. In ſuburbano

C urbis Coi eſt Aeſculapij templũ inſigne, & multis donis opulentum, in quibus eſt Antigonus Apellis. Inerat etiam Venus nuda, quæ nunc diuo Cæſari Romæ dicata eſt. Nam Auguſtus eam patri poſuit, ut generis parentem. Dicunt, pro ea remiſſa in Cois centum talẽta, ex imperato illis tributo. Dicunt etiã, Hippocratẽ, ex curis ibi dedicatis, exercuiſſe, quæ ad medici uictus rationem pertinent. Viri Coi illuſtres fuerunt. Hic ipſe de quo diximus, item Simus Medicus, Philœtas poëta, ætate autẽ noſtra Nicias, qui Cöum tyrannus fuit, & Ariſton peripatheticus, &c.

DE RVFFO EPHESIO.

SVB TRAiano principe dicitur uixiſſe, ſcripſiſſe
D quoq; pleraq;, quæ & ipſa citantur interdum ab alijs. Verum nihil eius poſteritati relictum eſt, quod iactari poſſit. De Melancholia tamen optime dicitur ſcripſiſſe, ut inquit Galenus lib. de atra bile.

DE ARISTOTELE.

HVIVS PRæconium, & excellentiã ſic fere proſequitur doctiſsi. uir Theodorus Gaza Theſſalonicenſis, ad Nicolaum quintum Pontificem Romanũ. Ariſtotelis, inquit, laudes ſi latius perſequar, uereor ne mihi idem obijciatur, quod illi, qui apud Lacedæmonios, de Herculis laudib. agere uoluit. Quis Herculem uituperet, aut minus bene de eo ſentiat? Quis illum non inter Deos immortales enumeret, colat, obſeruet? ut tu laudare uelis, Lacedæmonij ſubdiderũt. Tanta enim Ariſtotelis exiſtimatio, tãta autoritas iam

apud omnes mortales, ut fruſtra quis prædicet, quo A
ingenio, qua doctrina hic fuerit. Hunc & Latij decus
M. Tullius ita laudat, ut excepto Platone, facile Philo
ſophorũ principem appellet. Excipit enim illũ, quem
aiunt, laudat uero quem doctiſſimũ eſſe iudicat. Ele=
git ſibi hunc ſanctiſſimũ autorem, uelut ſupellectilem
quandam precioſam: ut quæ a natura proueniũt, ex
eius libris perdiſcamus, ſe exinde admiremur atq; co=
lamus. Qua re nihil grauius, nihil dignius homini eſ=
ſe poteſt. Tantus fructus ſuorum librorum eſt: tum
eorum potiſſimum, quos de Animalibus ſcripſit. Nec
audiendi ſunt, qui inquiũt. Multa Ariſtoteles de mu=
ſca, de apicula, de uermiculo, pauca de Deo. Permul=
ta enim de Deo is tractat, qui doctrina rerum condita
rum exquiſitiſſima, conditorem ipſum declarat. Nec B
uero muſca, nec uermiculus omittẽdus eſt, ubi de na=
turæ mira ſolertia agitur. Vt enim artificis cuiuſuis, ſic
naturæ ingenium in minutiſſimis potius contẽplan=
dum eſt. Quinetiã, cum rerũ cauſſas cognoſcere pul=
cherrimum ſit (hac enim cognitione homo perfici, ab
ſoluiq; poteſt) ut Deo immortali ſimilis, quoad eius
fieri poteſt, euadat, Ariſtotelis ſane libris docemur:
cur quæq; res in animalium genere ita ſit, planeq; feli
citatem illam aſſequimur nobiliorem, quæ in actione
animi conſiſtit, quam ſapiens quoq; Poëta prædicãs.
Felix inquit qui rerum potuit cognoſcere cauſſas. Quid
de Anima loquar? de qua toties publice, priuatimq;
diſputatur. Nuſquam librorum ſuorum, philoſophus

C hic opinionem ſuam exponit, ꝙ in his libris, quid Anima ſit, undeq; in corpus recipitur. Ad hęc, mores illi, & uirtutum officia, quibus uirum appellamus bonum, laudeq; proſequimur, longe melius hinc accipi poſſunt, quã uel a rhetore, quẽ Græci ſophiſtam uocant, uel a prædicatore, nomine iam trito latinis auribus. Is enim ſæpenumero uita diſcrepat ab præceptis, & melius hortantur alios, quã officio ipſi fungantur: ut interdũ fruſtra illa uirtutis egregia laus recitata ſit, prolixaq; eorum præceptio uacet & iaceat: cum exempla deſyderẽtur uitæ præceptoris, & autoritas: quam qui reſpicit, facilius & mouetur ad uirtutem, & in officio tenetur. At uero in contẽplandis animalibus, moribus, de quibus agit Ariſtote. exempla ſuppetunt omniũ officiorum, & effigies afferuntur uirtutum, ſumma cum autoritate naturæ omniũ parentis, non ſimulatæ, non cõmenticiæ, non inconſtantes & labiles, ſed uere ingenuæ, atq; perpetuæ. Quis enim tam peruerſa natura, hoſtis ſui generis eſt, quin emendetur & mitigetur, cũ nullũ animal a ſui generis beſtiã impeti uideat? Quis tam in parentes impius, ne cum Ciconiæ auis, aut Meropis pietatem erga parentes intelligat, pientior efficiatur? Quis adeo inhumanus, illiberaliſq; eſt, quem oſſifragæ benignitas in pullos aquilæ, non faciat benigniorem? Quis tam piger, iners, & ſegnis eſt, quin excitetur ad uitæ munera, cum formicarum, aut apum labores, atq; induſtriã intuetur? Quẽ non pudeat per metũ peccare, cum non ſolũ leonis animũ

inuictum cogitat, sed etiam Reguli auiculæ, quæ cum A
Aquila pugnat, certatq; de imperio? Quis principem bonum non colat, cum si rex Apum in itinere aberrauerit, omnes eũ inquirere, odoratuq; sagaci persequi, donec inuenerint, cognitum habeat, gestari etiam regem a plebe cum uolare non potest, & si perierit, oẽs discedere? Nunquid parum exempli, ad boni Principis, siue desyderium, siue obseruantiam datur? Quis Princeps non ad clementiã facile inuitetur, cum reges Apum armari quidem aculeo, sed eo nunq; uti intelligat? Quæ fides? quis amor in canibus? Quanta in Elephantis mansuetudo? Quæ in Ansere uerecundia? Quantum studium ornatus, ac polituræ in Pauone? Quãta opera uocis amęnæ, suauisq; in luscinia? Quid de iusticia Apum dicam? quæ colligũt quidem ex ijs, B
quibus aliquid dulcedinis inest, sed sine ullo fructuũ detrimento. Quid de castitate Elephantis? qui quã impleuerit coitu, eam rursum nõ tangit. Aut Columbæ, quę neq; coire cum pluribus patitur: neq; coniugium iam inde a primo ortu initum deserit, nisi uidua, aut celebs? Disciplina autẽ, & eruditio Elephanti, quem non faciat studiosiorem? Omnino nulla pars uitæ humanæ est, quæ non suorum officiorũ exempla cõmodissime hinc accipiat. Nam ut omittã artes illiberales, quæ & ipsæ ingenijs animaliũ non parum iuuantur, ualetudinis exempla quæso, unde cõmodius peti, q̃ ex animalibus possint? Loca pro temporis conditiõe solent illa mutare: non plus edũt, aut bibant, q̃ sibi sa-

C lubre ſit: non diutius dormiunt, q̃ ratio ualetudinis poſtulat: modum mouendi, quietandiq; ſeruant. Nouit ſua quodq; medicamina, uiuit ſua quodq; ſorte contentum, & gaudet. Hæc late a medicis præcipiuntur. At uero exẽpla, in quibus maior, q̃ in præceptis eſt, ab animalibus certiora perhibentur. Addo utilitatem, quæ in dicendi facultate ex hac animaliũ ratione afferri poteſt. Comparationes enim, aſſimilationesq; illæ, quas Græci parabolas, uocant, quæ plurimum orationẽ exornãt, auditoremq; tenent, hinc uariæ, copioſæ, aptiſſimęq; accipi poſſunt, ut ſiue oras, ſiue cõmunem partiris cum alijs ſermonẽ, eloquens, aptus, ſuauisq; eſſe poſſis. Poëta uero, unde nã pulchrius ſua illata, & mira accipiet, q̃ ex Ariſtotelis libris de
D Animalibus, qui naturę archana, rimantur, enarrant, afferunt? Medicus uero quod fatetur, ſe ſua inde ordiri, ubi philoſophus deſinit, nuſquã plenius q̃ hic uiderit, quodq; a Galeno medicorũ Principe traditur, Ariſtotelem primũ anatomẽ, hoc eſt, membrorũ diſſectionẽ ſcripſiſſe, hic agnoſcet, & quã idem ut primus & optimus fuerit autor percipiet. Hæc Gaza.

DE EIVS BIBLIOtheca in hanc ſententiã fere Strabo. Geographiæ lib. xiij.

ESCEPSI fuere philoſophi Socratici Eraſtus, & Coriſcus, & Neleus Coriſci filius, qui Ariſtotelem & Theophraſtum audiuit, & ſucceſſor fuit Bibliothecæ Theophraſti, in qua Ariſtotelica inerãt. Nam Ariſtoteles, & Bibliothecã, et ſcholã reliq̃t Theophraſto, &

primus oīm q̃s ſcimus Plin, lib. congregauit, & Aegy A
pti reges Bibliothecæ ordinē docuit. Theophraſtus
uero eã tradidit Neleo. Neleus eã Scepſim detulit, ac
poſteris dedit, hoībus ſane imperitis, qui libros inclu
ſos, ac negligēter poſitos tenebãt. Qui cum Attalicorꝫ
regũ, ſub quib. erant, ſtudiũ ſentirent conquirendorũ
librorꝫ, ad inſtruendã eã Bibliothecã, q̃ Pergami erat,
eos in foſſa quadã ſub terrã occuluerũt: q̃s & tineis, &
humiditate labefactos, tandē qui ex eo gñe erãt, Apeli
coni Teio tradiderũt, magno emptos argēto, Ariſtote
licos ſcilicet, et Theophraſticos. Apelicon, ut qui ma
gis librorꝫ eſſet ſtudioſus, q̃ꝫ ſapię, uolens corroſiones
emēdare, eos tranſcribendos dedit, ſcriptura nõ recte
ſuppleta, quapropt̃ libros ædidit errorib. plenos. Sed
antiqui peripathetici poſt Theophraſtũ, cum oīno li B
bris ordinarijs carerēt, paucis dũtaxat exceptis, exteri
orũ ſermonũ, nihil habebant, in quo firmiter philoſo
pharent, ſed poſitiones quaſdã lucubrabant. Poſteri
ores, poſtq̃ꝫ hi libri in lucē uenere, Ariſtotelē imitãtes,
longe melius q̃ꝫ illi philoſophati ſunt. Nã propter er
rorꝫ multitudinē, cõſentanea dicere neceſſe habuere.
Multũ ad hoc Romani contulerũt. Nã continuo poſt
Apeliconis obitũ, Sylla, qui Athenas cœpit, allata illi
us Bibliotheca huc eam tranſtulit. Tyrannion quoqꝫ
grãmaticus īcepit, cũ Ariſtotelis amãtiſſimus eſſet, eo
ſibi conciliato, qui Bibliothecę pręerat. Itē librarij qui
dam ſcriptorib. utentes nõ bonis, nec ſcripta conferē
tes, quod in his libris pręcipue fieri ſolet, qui uenden

C di tranſcribuntur: tum hic, tum etiam Alexandriæ, Ad Chalcidem uerſatus eſt, quoad uita functus eſt.

SVIDAS.

Ἀριστοτέλης ὑιὸς νικομάχου τοῦ καὶ φαιστιάδος ὁ δὲ νικόμαχος ἰατρὸς ἦν τῶν ἀσκληπιαδῶν γένους ὑπὸ νικομάχου τοῦ μαχάονος ἐκ σταγείρων πόλεως τῆς θράκης, φιλόσοφος, μαθητὴς πλάτωνος, τραυλὸς τὴν φωνήν.

DE RITV DOCENDI ARIſtote. ex Au. Gellij Noctibus Atticis libro. xx. CAP. IIII.

COMMENTATionũ ſuarum, artiũq;, quas diſcipulis tradebat Ariſtoteles philoſophus, regis Alexandri Magiſter, duas ſpecies habuiſſe dicitur. Alia erat quæ nominabatur ἐξωτερικά. Alia quę appellabatur ἀκροαματικά. ἐξωτερικά dicebantur, quæ ad rhetoricas meditationes, facultatem argutiarum, ciuiliumq; rerum noticiam con-
D ducebant. ἀκροαματικά autem uocabantur, in quibus philoſophia remotior, ſubtiliorq; agitabat, quæq; ad naturæ contẽplationes, diſceptationesq; dialecticas pertinebãt. Huic diſciplinæ quam dixi ἀκροαματικῶν tempus exercendæ dabat in Lycio matutinũ: nec ad eam quẽq; temere admittebat, niſi quorũ ante ingenium, & eruditionis elemẽta, atq; in dicendo ſtudiũ, laboremq; exploraſſet. Illas uero ἐξωτερικὰς eodem in loco ueſperi faciebat, eaſq; uulgo iuuenib. ſine delectu dabat, atq; eum δειλινὸν περίπατον appellabat, id eſt, pomeridianã inambulatiõem. Illum alterum ſupra ἑωθινόν (utroq; enim tempore ambulans diſſerebat) libroſq; ſuos earum rerum omniũ cõmentarios ſeorſum diuiſit, ut alij ἐξωτερικοί dicerentur, partim ἀκροαματικοί. Quos cum in uulgus ab

èo editos rex Alexander cognouiſſet, atq; ea tempeſta A
te armis, exercituq; omnem prope Aſiam teneret, regemq; ipſum Darium prælijs, & uictorijs urgeret, in illis tamẽ tantis negocijs, literas ad Ariſtotelem miſit. Non eum recte feciſſe, quod diſciplinas ἀκροαματικὰς, quibus ab eo ipſe eruditus foret, libris foras editis inuulgaſſet. Nam qua inquit, alia re præſtare cæteris poterimus, ſi ea quæ ex te accæpimus, omnium prorſum fient communia. Quippe ergo doctrina præire malim, ꝙ copijs, atq; opulentijs.

PLINIVS DE ARISTOtele libro. viij. cap. xvi.

ARISTOTeles diuerſa tradit, uir quem in his magna ſecuturus parte præfandum reor. Alexandro ma B
gno rege inflammato cupidine animaliũ naturas noſcendi, delegataq; hac cõmentatione Ariſtoteli, ſummo in omni ſcientia uiro, aliquot milia hominũ, in totius Aſiæ, Græciæq; tractu parere iuſſa, omniũ quos uenatus, aucupia, piſcatusq; alebant, quibusq; uiuaria, armenta, aluearia, piſcinæ, auiaria in cura erant, ne quid uſquam gentium ignoraretur ab eo, quos percunctando, quinquaginta fere uolumina illa de Animalibus condidit.

LAVS ARISTOTELIS EX CICERONE Tuſculanarum quæſtionum lib. 1.

SED VT Ariſtoteles uir ſummo ingenio, ſcientiæ copia cũ motus eſſet Iſocratis rhetoris gloria, dicere etiam cœpit, adoleſcentes docere, & prudentiã cum elo-

C quentia iungere. Sic nobis placet, nec priſtinum diſcendi ſtudium deponere, & in hac maiore & uberiore arte uerſari.

Et paulo poſt eodem libro. Ariſtoteles longe omnibus præſtans (Platone ſemper excæptio) & ingenio, & diligentia.

IDEM AVTOR DE FINIBVS LIB. V.

PERSEQVVTVS eſt Ariſtoteles animantium omnium ortus, uictus, figuras. Theophraſtus autem ſtirpium naturas, omniumq; fere rerum, quæ e terra gignũtur, cauſſasq; atq; rationes. Ab Ariſtotele mores, inſtituta, diſciplinas, a Theophraſto leges etiam cognouimus. Et plura ibidem de comparatione Ariſtotelis & Theophraſti.

D

DE ARCHELAO, & Anaxagora.

ANAXAGORæ diſcipuli fuerunt Archelaus phyſicus, & Euripides poëta. Strabo. libro. xiiij.

DE HERACLIDE HIEROPHILO.

SVPRA MEMInimus Heraclidis cuiuſdam, & Hierophili, utraq; nomina coniungit Strabo libro decimoquarto: ut diuerſi fuiſſe uideri poſſint. Ex Erythri inquit, ciuitate ætate noſtra fuit Heraclides Hierophilus medicus, Apollonij condiſcipulus, eius qui Mus eſt cognominatus. Sed & libro duodecimo, Pruſienſem quendam facit Aſclepiadem, Bi-

thyniẽſem. Vnde ſuſpicor, plures eius nominis fuiſſe. A

DE TEOPHRASTO.

THEOPHRASTVS ex Ereſſo Lesbi ciuitate, Ariſtotelis diſcipulus, & ſucceſſor: ſic dictus eſt, ab oris ſuauiloquentia, cum ante Tytamus appellaretur. Habuiſſe fertur diſcipulorum duo milia. Opera eius quanta nullius alterius a Diogene commemorantur, inter quæ ſunt. Libri ſex Epitomes in Ariſtote. de animalibus. Extant hodie tantum de plantis, conuerſi a Theodoro Gaza. De lapidibus & metallis. De ſudore. Item Methaphyſica.

Emerſit Alexandri magni temporibus, ut inquit Plinius libro decimotertio, capite decimoſexto. Exceſſitq; admodũ ſenex. Autores. Suidas, Strabo, & Diogenes Laërtius. B

STRBO LIB. XIII.

EX ERESSO fuere Theophraſtus, & Phanias philoſophi peripathetici, & Ariſtoteli familiares. Theophraſtus prius dictus eſt Tytamus. Nam Ariſtoteles mutato nomine, eum Theophraſtuin uocauit, ſimul priorem nominis abſurditatem euitans, ſimul etiam ſtudij facundiam ſignificans. Ariſtoteles diſcipulos ſuos omnes eloquentes fecit, Theophraſtum uero eloquentiſſimum.

DE AVICENNA,

AVICENNA natione Arabs, patria Cardubenſis, e ſtirpe regia. Vnde a medicis Princeps uoca-

C tur. Extant eius hodie opera quę Canones & Cantica inscribuntur. Scripsit & Metaphysicen.

DE AVERROE.

HVIC coæuus Auerrois, multæ eruditionis Philosophus & Medicus, qui cum maxima laude, & ipse Aristotelis libros est commentatus.

DE IOANNE MESVE.

VIXIT HIC anno, ut supputat Volaterranus, clx. Euangelistam hunc suum faciunt, qui barbaricæ medicinæ se manciparunt.

DE RASI.

RASIS & ipse Arabs cunctorum ante se scriptorum commentarios ingenti uolumine coëgit, quod Medici, Continens uocant.

D DE ALBATENIO.

HIC GALeni libros primus in Arabum conuertit idioma (teste Ioan. Serapione) & in Aristote. commentarios scripsit.

DE PETRO APPONIO.

PETRVS Apponius, ille est, quem Conciliatorem uocant uulgo, Theoricus medicus, sed plane doctissimus & acutissimus. Bononiæ docuit, ac decessit fere octogenarius. Tanta fuit eius celebritas, ut uocatus ad ægrotos, nõ minoris conduci se pateretur (idq; extra urbem) q̃ꝫ l. florenis in singulos dies.

Vocatus ab Honorio Pontifice. iiij. centum statui sibi paciscebatur, sed cum sanitatem ille recuperasset, mille donatus fuit.

DE EVENORE. A

SCRIPSIT libros Therapeuticæ, ut autor est Aurelianus.

DE PTOLOMAEO.

SECTAE quondam Erasistrati, in precioq; habitus. Aurelianus.

DE APOLONIO GLAVCO.

DEDIT libros curationum, quæ citantur ab Aureliano libro.iiij.cap.viij.

DE SOCRATE.

CHIRVRGus apud eundem Aurelianũ lib.v.ca.i.non ille moralis philosophiæ sectator, & princeps.

DE PHILISTIONIS fratre.

NOMEN huius nõ lego, libri autem eius adiutoriorum, ab Aureliano magnifice citantur. B

DE DEMETRIIS.

DEMETRij duo fuerunt. Vnus Attalæus. Alter Appamæus Erophili hæreseos, ex quib. Appamæus libros aliquot interiorum posteritati dedit.

DE TITO.

TITVS discipulus Asclepiadis. Scripsit libros de Anima, teste Aureliano.

DE NICERATO.

INTER multa alia quæ de re medica scripsit, nihil tam probat Aureliano, q̃ cõmentariũ eius de apprehensione, siue catalepsia, uel oppressione.

DE EVDAMO.

MEDICVS & Pharmacopola quispiam fuit, an

C nulos contra uenena, & serpentium morsus uendere solitus, ut ex Aristophane conijcio, de quo in Pluto sic,

οὐδὲν προτιμῶ σου· φορῶ γὰρ πριάμενος
τὸν δακτύλιον τονδὶ παρ' εὐδάμου, δραχμῆς.

DE IASO, & PANACAEA.

Ιασώ, καὶ πανάκεια Aesculapij filiæ, haud dubium quin Medicinæ quoque peritæ. Plura de his Aristophanes in Pluto. Sed & Hippocrates in iureiurando, per Panacæam sic iurat. Per Apollinem medicum, Aesculapium, Hygæan, Panacæamque iuro, cæterosque Deos cunctos, Deasque testor.

D

DE Q. OCTAVIO HORATIANO.

Q. OCTAVIus Horatianus omnem rem Medicam quatuor libris complexus est.

DE IVLIO GRAECINO, & IVLIO ATTICO.

HORVM SIC meminit L. Columella, non minus rei medicæ, quam agriculturæ quoque peritus. Non minorem inquit laudem meruerunt nostrorum temporum uiri Cornel. Celsus, & Iulius Atticus. Quippe Cornelius totum corpus disciplinæ quinque libris complexus est: Is de una specie culturæ, pertinentis ad uites, singularem librum ædidit, cuius ueluti discipulus duo uolumina similium præceptorum de uineis Iulius Græcinus composita, facetius, & eruditius posteritati tradenda curauit.

DE MAGONE CARTHAGINENSI.

A

MAGO RVSTICationis parens, ut inquit Columella de re rustica libro primo, capite secundo. & M. Varro libro primo, capite primo. Nam huius octo & uiginti memorabilia uolumina, ex senatusconsulti iussu, in latinum sermonem conuersa sunt.

DE PALLADIO.

PALLADIVS, Rutilius, Taurus, Aemilianus, Abbreuiator Catonis, Varronis, & Columellæ. Scripsit de re rustica per singulos menses.

DE CTESIA.

CTESIAS e Gnido, ut inquit Strabo lib. xiiij. Medicus Xerxis regis. B

DE TACVINO.

DE TACVINO nihil habeo quod proferam, nisi quod hunc propediem ad nos dabit antiquitatis, & ueterum medicorum studiosissimus D. Theobaldus Fettichius, Vangionum medicus. Scripsit autem tabulas medicinales, de curationibus morborum, & de febribus, quas & ipsas quoque donaturi sumus.

DE GALENO.

CLAVDIVS Galenus Pergamensis, natus est patre Nichone geometra, & architecto diuite καὶ ὀνομαστοτάτῳ, sed & alijs quoque disciplinis multis erudito, ut te-

C statur ipse in octauo Methodi his uerbis. Non pauci ex condiscipulis, dixerunt me, & excellenti natura, & singulari, propter patris mei liberalitatem, eruditione, tum & ætatem ad discendum idoneam, & impensas unde studijs uacem suppeditatas habere: secum non ita agi, qui & rudes in primis disciplinis essent, nec acuto ut ego ingenio, nec quod impenderent habere, contentos esse oportere ijs quæ nossent, qualiacunq; tandem ea forent.

Ab hoc igitur in somnis monitus, cum iam philosophiæ esset initiatus, ad Medicinã se contulit: quod & in. IX. Therapeuticæ sic de se reliquit. Nunc plærique D medicorũ docere tentant, quæ nec ipsi unq; fecerunt, nec alijs ostenderunt. Cæterum uulgus medicorum, nihil mirum est, si contemptis bonis moribus, opinioni sapientiæ magis, q; ueritati inhiat. Verũ non sic fuit ratio nostra. Non enim heri & nudiustertius, sed statim ab adolescẽtia philosophiæ studio capti, primum nos ad eam contulimus. Mox pueri euidenti insomnio moniti, ad Medicinæ studium uenimus, ac per totam uitam operibus magis q; uerbis studio incubuimus. Quo minus mirum est, si in quo tempore alij totam urbem salutando lustrant, & cum diuitibus cœnant, ac eosdem comitantur, hoc omni sedulo nos laborantes, primũ quidem quæ ueteribus pulchre sunt inuenta didicimus, mox eadem opere tum indicauimus, tum exercuimus. &c.

Vixit sub Cæsarib. Adriano, Antonino, pio Mar-

co & Commodo, ut inquit Eusebius. Sub Antonino Romam primus uenit. Vide in procemio lib. Anatomiæ, & de morb. curandis a fine lib. VI. A

Discipulus fuit primũ Satyri cuiusdam admodum præcellentis. Inde Pelopis Smyrnæi. Satyrum illum quod tanti fecerit, in caussa fuit, ꝙ hic aliquãdo Quinti discipulus fuisset. Quintus ille tanto in precio fuit, ut neminem habuerit ea ætate secundum. Sed & alios quoq; auditum adijt & salutatũ, quos comperisset aliquando a Quinto pependisse, illiq; auditores fuisse: ueluti Numesianũ illum Corinthium. Haud scio an ille fuerit Quintus, cuius subinde meminit de sanitate tuenda lib. iij. Quintum respondisse dicunt, cum percunctãti gymnastæ, quã unctio uim haberet. Respondit, uestis submouendæ. ijsdem eñi quibus nunc usus sum uerbis, tum gymnasten rogasse, tum respondisse Quintum ferunt. Simile Quinti apophthegma est, quod de urinis circumfertur. Nempe eas nosse, ad pistorem pertinere. Etiam illud quod de calido, frigido, humido, & sicco aiunt, utiq; balnearum ea esse nomina: quæ ipse sane nemini, uel Thessali sectatorũ impune dicere, nedũ Quinto permiserim. Quippe scurrarũ huiusmodi facetiæ sunt, haud quaq; hominis tam grauem artem profitentis. Hactenus Galenus. B

Alexandriæ cum aliquandiu egisset, totaq; perlustrata Aegypto, ac uiginti octo annos iam habens, in patriam redijt, omniaq; quæ nouerat pharmaca amicis dedit: ut ea per experientiam confirmaret, quæ ab

C aliis didicerat. Testatur id de se lib. pharmacorũ. ij.

Nihil medicaminum exhibuit ulli, quod ipse non antea in se ipso fuisset expertus. Vt inquit de morbis curandis lib. v. Horum inquit, quæ retuli, uel modo, uel ante, siue ea inueni ipse, siue iuxta Hippocratis uiam usurpaui: nihil sane non examinatum, ac iudicio comprobatum est, sed per experientiam omnia iudicata, in quibus erroris pericula ipsi pertulimus.

Hippocratẽ quare enarrandũ primus susceperit, ad modũ lepide innuit de morbis curandis lib. vi. &. x. Ego nãq; inquit, nõ eo consilio, ut nemo Hippocratis scripta legat, ad hoc opus scribendũ accessi, uerũ qm̃ is primus idonea usus esse uia uidet: nec tamẽ eam to

D tam compleuisse. cum quædam minime limitata, quædam imperfecta, obscuraq; ab eo prodita inuenire liceat. Idcirco ipse tum omnia ea lucide explicare, tum quæ parum discreta sunt distinguere, tum quæ deficiunt, supplere studui. Vbi igit aliquis se in his nostris primitus exercuerit, tunc se ad libros Hippocratis legendos conferat, ac tũ eius librũ de Vlceribus relegat, tum quæ de uulneribus scripsit. Porro simul maximũ adiumentũ ex his nostris libris habebit. &c.

Contemptor gloriæ fuit, ut nemo ueterũ. Tu mihi conscius es (inquit ad Eugenianũ de morbis curandis lib. vij.) neq; hoc me opus, neq; aliud ullum popularis auræ studio fuisse aggressum, sed quo uel amicis gratificarer, uel meipsum simul utilissima ratiõe ad rem propositã exercitarem, simul ad obliuionẽ senij,

ut Plato ait, cõmentarios mihi reponerem. Quippe A multitudinis laus, cõmodum nonnullis instrumentũ uiuẽtibus aliquando est: mortuis certe nihil prodest, sicut neq; uiuentium quibusdam. Nam qui uiuere in tranquillo optarunt, ac fructum ex philosophia cœpe runt, & ijs quæ corpori curando sufficiunt, sunt contenti, ijs utiq; impedimento non paruo est apud uulgũ fama: ut quæ eos a rebus pulcherrimis plus iusto transuersos auferat. Veluti me quoq; non ignoras ab ijs quæ sunt molesta, sic nonnunq̃ tædio affectum, ut bono interim spacio ne tangere quidem librum possim. Ego uero (haud scio, qua ratione) ab ipsa usque adolescentia mirifice, siue inspiratus, siue furore perci tus, siue quomodocunq; dixisse libet, & uulgi famam cõtempsi, & ueritatis scientiæ studio flagraui, nullam B esse, nec honestiorem, nec diuiniorem possessionem ratus. Atq; ideo nulli librorũ meorum nomen meum, præscripsi: imo uos, sicut ipse testis es, rogaui, ne me imodice (ut soletis) apud homines laudaretis, nec nomen meũ operibus, quæ proderẽ, inscriberetis. &c.

Cumq; curasset Seuerum Principem, atq; ille pollicitaretur se Imperatori hæc nunciaturum, quo con spectior fieret, Vt uoles, respondit. Mihi uero non est curæ huiusmodi gloriola.

De bona ualetudine sua, sic meminit, in lib. de tuen da sanitate quinto. Nonnulli inquit ex ijs, qui de sanitate tuenda literis produnt, aut etiam sine scriptis de ea præcipiunt, ne se ipsos quidẽ defendere a morbis per-

C petuo ualuerũt: ita cum a cauillantibus, tum alia quædam, tum uero uerſus ille obijcitur. ἄλλων ἰατρὸς αὐτὸς ἕλκεσι βρύων, id eſt, alijs medens, at ipſe ulceribus ſcatens, alij id negocijs imputant, alij ob intemperantiam ſe ægrotare fatentur. Sed horum magis improba, me iudice, defenſio eſt, q̃ ipſum quod obijcitur crimen, Qui uero his quæ in uita incidunt, cauſſam tribuunt, ſiquidem Diaria febri laborant, ex æſtu, frigoribus, laſſitudine, alijſq; id genus occaſionibus has uindicare a culpa decet: ſin alia qualibet, minime. Quippe nec ipſi omnino ſine febri exegimus, immo ex laſſitudine non nunquam febricitauimus, nullum alias morbum multis iam annis experti. Quinetiam percuſſus certis cor-
D poris partibus, unde alij phlegmonib. bubonibuſq; contractis febricitarunt, ipſe nunquã phlegmonem, bubonemq; ſenſi, nec febri laboraui: non aliunde certe, q̃ ex ſeruandæ ſanitatis arte tanta commoda conſecutus. cum alioqui nec ſalubrem corporis ſtatum, ab ortu ipſo ſim nactus, nec uitam plane liberam ſortitus, ſed in qua tum artis officijs ſeruierim, tum amicis, cognatis, ciuibus in pluribus inſeruierim, tum plurimam noctium partem, non nunquam ægrotantium ipſorum cauſſa, ſemper autem dulcedinis ſtudiorum gratia peruigilauerim, nec tamen ſenſi ullo me corporis morbo tentatum multis iam annis: excepta (ut dixi) Diaria quandoq; febri, quæ tamen rariſſime, nec niſi ex laſſitudine incidit. Quamuis in puerili ætate, ac etiam tum in ephœbia, tum adoleſcẽtia, morbis nec

paucis, neque ijs leuibus premerer. Sed post octauum A
& uigesimũ annum, cum persuasissem mihi, esse conseruandæ sanitatis rationem quandam, præceptis eius per totam deinceps uitam parui, ita ut ne minimo quidem post morbo laborauerim: nisi forte, quæ tamen rarius incidit, Diaria febri: cum alioqui liceat hanc quoque in totum effugere, si quis liberam uitam sit nactus.

Corporalibus quoque exercitijs dedisse operam ad eam sanitatem parandam, cum alias sæpe, tum in lib. de tuenda ualetudine testatur his uerbis. Ipse aliquando hyeme deprehensus in agro, tum ligna findere, tum hordeum in pila contundere ac deglubere, exercendi corporis caussa sum coactus, quæ nimirũ agrestes quotidie pro opere faciebant. B

Senio tandem confectus, in patria requieuit, magnam apud homines gloriam consecutus, maiorem etiam apud Deum, habiturus, si Christo et Mosi, quorum interdum meminit, credere uoluisset.

SVIDAS DE GALENO.

γαληνὸς ὁ διασημότατος ἰατρὸς περγαμηνὸς γεγονὼς ἐπὶ μάρκου καὶ κομμόδου καὶ περτίνακος τῶν κεσαρίων ἐν ῥώμῃ, υἱὸς μίκωνος γεωμέτρου καὶ ἀρχιτέκτονος πολλὰ σαωτεταχὼς ἰατρικά τε καὶ φιλόσοφα, ἔτι τε γραμματικὰ καὶ ῥητορικά, ἅτινα διὰ τὸ πᾶσιν εἶναι γνώριμα καταλέγειν ἄκαιρον ἡγησάμην ἐν τῷ παρόντι.

C DE CLAVD. GALENI VALEtudine & excellentia, Ludouicus Cælius Lectionum Antiquarum, lib. decimosexto, CAP. XL.

GALENVM Philosophum, & Medicũ singularem, cuius scientissima, & plurima extant ingenij monumenta, quæ geminã sapiunt eruditionẽ, memoriæ proditũ a nonnullis est. c. & . xl. annos uixisse, tantaq; in cibo et potu abstinẽtia usum, ut ad satietatem nunq; comederit, aut biberit, nec crudum quicq; unquã gustarit: unde sit factum, ut odorificum semper anhelitum spiraret. Sed, quod longe apud me mirabilius est, citra ullam omnino affectionem, sola defecerit senectute. Quod in humanis est rarissimum, in tanta sub-

D blandientis gulæ lasciuia, & in interitum uergentis naturæ fragilitate, ut silentio conterant lancinantes hinc inde incõmodorum turbines. Vtcũq;, hinc certe adagium obrepere aduerto, ut Galeni ualetudinem dicamus pro ea, quæ ultra humanũ captum nimis sit prospera, minusq; offensa. Nec me tamẽ fallit, quid aduersus hanc astructionem nostram proferri ab eruditioribus posit, tum ex Galeno ipso, tũ ex scriptorib. alijs. Nã Suidas autor est, Galenũ tantũmodo años uixisse septuaginta. Ita enim de eo scribit, ut obiter etiã superpondio Lectorem onustum remittamus.

Gale. inquit, arte medica celeberrimus. Pergami est natus. Marci, & Cõmodi, ac Pertinacis Imperatorum temporibus Romæ uixit. Niconem habuit patrem,

Geometriæ, ac Architecturæ peritum. A

Plurima non in Medicina ſolum, ſed & in Philoſophia condidit. Immo uero in Grammatica, & Rhetorica, quæ, quod omnibus fere obuia ſunt, & uulgo notiſsima, recenſere conſilium non eſt.

Vixit annos. lxx. Galenus porro ex græcæ linguæ proprietate quietum, tranquillumq́ ſignat.

Cæterum Galenus ipſe de ſe ita propemodum ſcribit libro de interioribus. ij. Sum inquit, mihi conſcius, quodam tempore tanto me eſſe conflictatum dolore, ut uentris interiora arbitrarer conuelli, lancinariq́, præcipue qua meatus urinæ ſunt inter renes, ac ueſicam: mox uero clyſtere uſus ex oleo & ruta, pręcellenti dolore humorem deieci, uitro liqueſcenti perſimilem. Quod genus Praxagoras uitreos uocat humores. Sicut in plærisq́ ſubinde experimento didici: qui etiam tradit, eſſe humorem illum frigidiſsimum. & recte ille quidem: nam ſenſu teſte comprobatur. Mirum tamen, unde nam ſit frigiditas tanta, quæ nulla B

Porro in lib. de alimẽtis. ij. ubi (rõne recaleſcat. de Lactuca ſermo eſt, ſic ſcribit. Vtuntur inquit, ea ex aqua decocta, ſicuti ego nunc incæpi, poſteaq́ deprauati mihi dentes ſunt. Sed & alibi ſcribit, cũ circa diaphragma laboraret, ſe ſomniauiſſe, liberatum iri, ſi ſanguinẽ mitteret ex uena quæ eſt inter pollicem, & indicem: minuiſſe ſanguinem, conualuiſſe.

Hæc ad præſens comperta nobis de Galeno ſunt. Suam uero ipſemet præſtantiam quodam libro pate-

C facit, ſic propemodum ſcribens. Itaq; Medicinam profeſſus ad ſenectutem uſque, nullam omnino ad hanc diem calumniam ſubij, uel curando, uel præſagiendo. Id quod celeberrimis Medicorum quibuſdam obtigiſſe, ſum memor.

Sed & quinto Colliget Auerrois, capite de Punicis granis, Galenum ita celebrat, ut experientia præcellentem prædicet, ac ueridicum inprimis, ut cui comparari non poſſit alius. Ni forſan is inquit, qui clamat quidem, ſed quid clamet non percipiat ſatis, Auicēnam, opinor conuellens: qui ſe tamen Galeni fatetur interpretem, ac ſummum quandoq; uocat artis medicæ.

CATALOGVS LIBRORVM GALENI.

D HORTATIO ad artes diſcendas.
De optima doctrina.
Optimum medicum, eundem eſſe philoſophum.
De Sectarum uarietate, ad introducendos.
De optima ſecta.
De conſtitutione Medicinæ.
de Elementis libri duo.
de Complexionibus libri tres.
de Potentijs naturalibus libri tres.
Anatomiæ libri nouem.
De uenarum & arteriarum diſſectione.
de Fœtuum formatione.
An ſanguis natura in arterijs contineatur.
De Spermate libri duo.

De Neruorum diſſectione. A
De Odoratus inſtrumento.
de Vuluæ diſſectione.
de optima corporum conſtitutione.
de bona habitudine.
De inæquali diſcraſia.
de Hippocratis & Platonis dogmatibus lib. octo.
De ſubſtantia facultatum naturalium.
De eo, quod animi mores, tēperaturā corporis ſequunt.
De Curatione.
De uitijs & paſſionibus Animæ.
De uſu partium Humani corporis, lib. xvij.
De Muſculorum motu lib. ij.
De temperatura Medicaminum ſimplicium lib. ij. B
De compoſitione Medicaminum per ſingulas corporis partes.
De compoſitione Medicaminum, per genera lib. vij.
De Antidotis libri duo.
De Theriaca ad Piſonem.
Pe Theriaca ad Pamphilianum.
De habendis facile Remedijs.
De purgantium Medicaminum ui.
Quosnam oportet purgare, & qualibus medicamentis purgantibus, & quando lib. 1.
De Ptiſana lib. 1.
De pulſibus ad eos, qui introducuntur lib. ij.
De differentijs Pulſuum lib. iiij.
De Pulſuum dignatione lib. iiij.

C De caufsis pulfuum lib.iiij.
De prænotione ex pulfibus lib.iiij.
De ufu pulfuum lib.1.
De ufu fpirationis lib.1.
De caufsis fpirationis lib.1.
De differentijs fpirationis lib.iij.
De differentia morborum lib.1.
De caufsis morborum lib.1.
De differentia fymptomatum lib.1.
De caufsis fymptomatum lib.iij.
De locis affectis lib.vi.
De differentijs Febrium lib.ij.
De Plenitudine lib.1.
De Tumoribus præter naturam lib.1.
D De atra Bili lib.1.
De tremore, & palpitatione, & conuulfione, & rigore (lib.i.
De Tabe lib.1.
De temporibus Morborum lib.1.
De temporibus Morborum totius lib.1.
Quomodo coarguendi fint, qui fingunt fe ægrotare.
De Iudicijs lib.iij.
De diebus Iudicialibus.lib.iij.
De prænotione lib.1.
De dignotione ex fomnijs lib.1.
Aduerfus eos qui de formis fiue circuitibus fcripfe= (runt lib.1.
De formis lib.1.
De arte medicinali lib. lib.1.
De uenæ fectione aduerfus Erafiftratum lib.1.

De uenæ ſectione aduerſus ſequaces Eraſiſtrati Romæ agentes lib. 1. A

De Curatione per uenæ ſectionem lib. 1.

De hirudinibus, reuulſione, cucurbitula, & conciſione cutis, ſiue ſcarificatione lib. i.

Conſiliū puero morbo cōmitiali laboranti ſcriptū.

De captionibus, quæ in indictione conſiſtunt lib. 1.

Curandi ratio lib. xiiij.

De Curatione ad Glauconem lib. ij.

De tuenda ualetudine lib. vi.

Ad Thraſybulum, utram Medicinæ, an gymnaſticæ tueri ualetudinem lib. 1.

De ea quæ parua pila fit exercitatione lib. 1.

De facultate alimentorum lib. iij. B

De boni & mali ſucci cibis lib. 1.

De libris ſuis lib. 1.

De ordine librorum ſuorum liber unus.

Commentariorum in librum Hippocratis de natura hominis lib. ij.

Cōmentarij in lib. Hippocra. de rōne uictus ſalubris.

Cōmētarioꝝ in Hippo. de rōne uictus acutoꝝ li. iiij.

Cōmentarioꝝ in prænotiones Hippocratis lib. iij.

Cōmentarioꝝ in prædictiones Hippocratis lib. iij.

Cōmentariorum in Aphoriſ. Hippocrat. lib. vij.

Aduerſum Lycū, ꝙ nihil delinquit ab Hippo. in Aphor. illo, cui principiū eſt, τὰ ἀυξανόμενα πλεῖστον ἴχει θερμόν.

Aduerſus ea quæ contra Hippocratis Aphoriſmos ſcripta ſunt a Iuliano.

C Commentariorum in primum librum Hippocratis de morbis paſsim graſſantibus lib. iij.

Commentariorum in tertium Hippocratis eiuſdem argumenti librum, libri. iij.

Commentariorum in ſextum eiuſdem argumenti librum, lib. VI.

Commentariorũ in lib. Hippocr. de fructicis lib. iij.

Cõmentarior℞ in librum Hippocr. de articulis lib. iij.

Commentariorum in lib. Hippocrat. de Medici uulnerarij munere lib. iij.

Expoſitio de linguis Hippocratis.

NOTHI ET ADSCRIPTICII.

Introductio, uel Medicus lib. I.

De Definitionibus lib. I.

D Quod qualitates ſine corpore ſint lib. I.

De Vrinis lib. viij.

Dignotio paſsionum quæ in renibus ſunt, ac eorum curatio lib. I.

De Philoſophi narratione lib. I.

De facile parabilibus lib. I. ad Solonem.

De facile parabilibus liber alius.

De Menſuris, & ponderibus lib. I.

De atra Bili ex libris Galeni, Ruffi, & Aecij Sicamij excerpta.

De Medicamentis, quæ inter ſe commutantur.

De uirtute Centaureæ.

De Decubitu prænotiones ex Mathematica ſcientia.

Prænotiones ex Mathematica ſcientia.

DE CAELIO AVRELIA= A
NO SICCENSI.

PRODIIT hic nuper, opera duorum doctissimorum uirorum, D. Philippi Fürstenbergensis Consulis Francofordiensis, & Ioanneis Sichardi, de quo in hæc fere uerba in Epistola nuncupatoria Sichardus. De eius uita, non satis quod in præsentia dicam occurrit, nisi quod cognomēto satis diuinare licet, Afrum fuisse: quod ipsum per se, uel tacente me, ipsa satis dictio clamat. Vt autem Galeno, Plinioq́ magis credam, facit diligēs illa, seu in refellendo, seu in astruendo ueterum autorum commemoratio, haudquaq́ præteriturus eos, si per ætatem meminisse potuisset. In quā sententiā & ipse concedo: quando ne mihi quoq́ B totum Galenū, Plinium, Theophrastum, et Celsum perscrutanti, nullum huiusmodi nomen occurrit. Scripsit, quæ noīatim etiā citat, libros tardarū curationū.

Item χειρουργούμενα, quæ alio nomine inscripsit, libros responsionum.

Item de morbis Mulierum.

Libros aliquot Epistolarꝫ græcarum ad Prætextatū.

Libros Adiutoriorum.

Libros Pharmacorum.

Libros celerum paßionum.

DE MEDICIS ITALIAE INSIgnioribus, & Neothericis.

DE TVSIANO, ET DINO.

TVSIANVS, & Dinus, ambo discipuli Aponij,

C uerum Tuſianus cum uideret ſibi non admodum ſuc cedere artem curandi (eſt enim non ſolum artificium medicina, uerum etiam donum Dei) relicta profeſsio ne, Monachus Carthuſianus effectus eſt.

Dinus Chirurgici Brunõis filius, Bononiæ docuit primum. Deinde Senis. Iuuenis admodum in tertiam & quartam Fen Auicennæ ſcripſit quædam. Item in Galeni librũ de mala complexione. Item in Hippocratem de natura fœtus. Sed & ſacrarum literarum peritiſsimus fuit. Vixit ſub Ioanne. xxij. Pontifice.

DE THOMA FLORENTINO.

DINO Excellenti patri, relictus eſt excellens filius Thomas. Scripſit & ipſe cõmentarios aliquot.

D. DE NICOLAO FLORENTINO, MARSILIO PAduano, Iacobo Forliuienſi, &

GENTILI Fulginate nihil certum lego, niſi quod uno fere ſeculo claruerunt ſub Benedicto. xiij.

DE HVGONE SENENSI.

VIXIT ILLE ſub Eugenio. iiij. Cum Ferrariæ Concilio generali interfuiſſet, atq; inibi inuitatus ad cœnam, cui Græci & Latini interfuerant peritiſsimi, magno animo rogauit, ut ęnigmata proponerent, ſiue ex Platonis, ſiue ex Ariſtotelis dogmate: atq; omnib. ſeſe inoffenſe, & intrepide reſponſurum.

DE GERARDO SVBVOLetano. A

HIC AVIcennæ libros conuertit ex Arabico: uerum an primus id fecerit, ignoro.

DE QVIBVSDAM ALIIS.

ANTHONIVS Guanerius, Sanctus Pisaurensis, Benedictus Musinus, Apollonaris Cremonensis, Ioannes Horologius Paduanus, omnes fere sub Eugenio. iiij. & Francisco Sphorcia commentarios, & practicas, ut uocant, reliquerunt.

DE VALERIO FLACCO VITERBIENSI.

VALERII Flacci Viterbiensis, solum nomē lego, & quod sub Xisto. iiij. floruerit, insignis eruditionis iuuenis, qui ante maturam ætatem naturæ cōcesserit: B palam indicans, nullam artis cognitionē tam præcellentem esse, nullum etiam pharmacum, quod uitæ terminum præstitutum queat remorari.

DE PETRO LEONE SPOLETANO.

MEDIOCRITER doctus habitus est Petrus Leo. & multi iudicij, sed plane infortunatus: tam inique enim successerunt illi omnia, ut cum ad Laurentium medices accerseretur, parumq; feliciter cederent quę adhibebat medicamina, melancholia arreptus, in puteum se præcipitauerit.

DE GABRIELE VEROnensi.

HVNC superstitē adhuc audimus, Paduani gymnasij principē, & medicinæ miraculū quoddam.

C NOMINA MEDICORVM, QVO-
rum origines & historiæ nos fugiunt, &
tamen passim ab Hippocrate, Galeno,
Plinio, Theophrastoq;, & Cel-
so citantur.

MNASIAS
Patroclus
Olinthus
Leonides Alexandrinus
Mnasithæus
Praxias
Atlas Pamphiliensis
D Theudas
Calicles
Diodotus
Lysias
Polyarchus
Nileus
Moschos
Panthenuis
Aristogines
Euticlæus
Ctesiphon
Ariston
Numenius
Hecathæus
Medus
Sosagoras

Anchæus apud Plini. lib.
Miletus (xxviij. ca. 1.
Artemon
Diagoras
Citeius
Plistonicus apud Plin. lib.
Praxagoras (xx. ca. iiij.
Athanias
Cherias Atheniensis
Micon q scripsit ῥιζοτομούμενα
Attalus
Dalion Herbarius
Sotacus e uetustissimis, ut
inquit Plini. lib. xxxvi.
cap. xx.
Bachmindus
Camachirus, apud Gale-
num in simplicibus.
Abucalis
Philocrates
Protarchus
Andreas sæpe apud Plini-
um lib. xxij. capite. xxiij.

lib.xx.cap.viij. Hyras A
Iollas apud Plin.lib.xx. Damon
cap.viij. Fabius Clemens
Valerius Paulinus

EORVM QVI AB SCRIBOnio Largo citantur, partim a Celso, & Cælio Aureliano Siccensi, Varrone & Columella.

Casſius	Clodius
Marcianus Chirurgus	Silimachus
Tryphon	Luſius
Meges	Philiſtion
Traſias	Proculus
Ariſtus	Euryphon
Dionyſius	Euenor
Euelpiſtus	Herodicus
Pachius Antiochus	Philoxenus
Heron	Hammonius Alexandr.
Soſtratus	Gorgias

B

STRATO, APVD STRABOnem, & Columellam.

Ariſtomenes	Cymæus Pergamæus
Hegeſias Maronites	Dion Colophonius
Dadis	Chius Agatocles
Euphorion	Rhodius Epigenes
Cleobulus	Duo Saſernæ, pater & filius
Meneſtratus	
Pleutophanes	Scrofa Tremillius

C Persus | Iulius Higynus
Theophilus | Amphilochus

¶ CATALOGVS MEDICORVM Scholasticorum.

DE IACOBO DE PARTIBVS.

Iacobus de Partibus, scripsit commentarios prolixos in Auicennam. Item de ponderibus, & ratione uentrem ducendi.

DE IACOBO FORLIVIENSI.

Interpres Auicennæ, & Aphorismorum Hippocratis.

DE GENTILI.

Et ipse quoque Paraphrastes.

D DE AEGIDIO.

Aegydius scriptor Vrinarum.

DE MARSILIO.

Marsilius de sancta Sophia, commentator Aphorismorum Hippocratis.

DE IOHANNICIO.

Iohannicius Monachus, autor uulgatæ introductionis in Medicinam.

DE PHILARETO.

Concinnauit de Pulsibus quædam.

DE PLATINA.

Inter alia de honesta uoluptate reliquit quædam.

DE ISAACO.

Isaac Dietericus Medicus.

DE BAGELLARDO. A

Paulus Bagellardus diligenter ſcripſit de ægritudinibus infantum.

DE MARTINO STEYNPEYS.

Martinus Steynpeys, Medicus Vienenſis, ſcripſit Medicinæ methodum, & quomodo in ea arte ſit promouendum ſtudioſis.

DE MATTHAEO SYLVATICO.

Autor Lexici quod inſcribitur, Pandectæ.

SCRIPTORES SVPER NONO

Almanſoricus, qui Practici uocantur.

Geraldus.
Bertrutius.
Valeſcus. B
Marcus Gatinaria.
Michaël Sauanarola.
Iohannes Matthæi.
Sillanus.
Iohannes de Torna Mira.
Gordonius.
Iohannes de Concoregio.
Iohannes Anglicus.
Serapion.
Auenzoar.
Anthonius Guanerius.
Arnoldus de uilla Noua.
Arculanus Veronenſis.
Guilielmus Placentinus de Saliceto.

C Alexander iatros.
Iohannes de Tuſignano.
Razes.

SCRIPTORES ANATOMIAE.

Mundinus.
Alexander Benedictus.
Carpus.

DOCT. CHIRVRGICI.

Guido de Cauliaco.
Petrus de Lacerta.
Bartapalia.
Theodoricus.
Iohannes de Vigo.
D Marianus Barolitanus.

SCRIPTORES CONSILIORVM.

Chermiſon.
Bartholomæus de monte Gnana.
Bauarus.
Arnoldus de uilla Noua.

SCRIPTORES ANTIDOTORVM.


Nicolaus præpoſitus.
Chriſtophorus Georgij de honeſtis.
Iohannes de ſancto Amando.
Seruitor.
Saladinus.
Serapion.
Platearius.

SCRIPORES APHORISMORVM. A

Damascenus.
Zazes.
Rabi Moses.
Alexander Benedictus.
Arnoldus de uilla Noua.

SCRIPTORES PESTIS, ET FEBRIVM.

Marsilius Ficinus.
Philippus Beroaldus.
Theobaldus Lometus.
Henrichus Stromerus.
Anthonius Guanerius.
Iohannes Salicetus. B
Bertrutius.
Marcus Gatinaria.



ERRATA.

Fol. iij. a, Polybio, lege, Polyido.
Fol. v. b, ariſcandro, lege, Ariſtandros.
viij. eam, lege, eum.
ix. reuomuit, lege, reuocauit.
xiiij. pharmacentice, lege, pharmaceutice.
Fol. xx. Euripicen, lege, Empericen.
xxiiij. κόλικύν, lege, κολικόν.

☞ CVM Priuilegio CAES. MAIEST. ad Sexennium. xix. Decembr. Anno Chriſti. M. D. XXIX.